¶ In prima dominica aduētus
apud fratres ꝑdicatores dicitur
illud euāgelium Math. xxi. Cū
appropinquaſſet Iheſus Ihero-
ſolim in quo fit mencio de aduen
tu xpi in carnem dum dicitur di
cite filie ſyon Ecce rex tuus venit
tibi ⁊c. Vn̄ in hac dn̄ica pn̄t ſe-
q. diſputari. Pria vtrū ꝑ redēp
cione generis humani neceſſari
um fuit deum incarnari. ¶ Se-
cundo vtrum ſi homo nō peccaſ-
ſet deus incarnatus fuiſſet.
¶ Tercio vtrum conueniencius fuit
filium dei incarnari ꝙ aliquam
aliam ꝑſonam

Ad primā ſic proceditur ⁊ vi
detur ꝙ nō fuerit neccāriū
deū incarnari. Primo ſic
deus enī cū ſit ꝑfectꝰ nihil vti-
tis accreuit ſibi ꝑ carnē aſſum-
ptā. ſi ergo incarnatus naturā
reparauit eciā abſqꝫ carnis aſſum
pcōe eā potuit repare: ergo non
fuit neccāriū ⁊c. Secūdo ſic cū de
us ſit ſūme miſericors ꝓmo mi-
ſeracōes eius ſup oīa opa eius
magis decuit vt deus oſtēderet i-
mēſitatē mīe ſue ꝙ ſeueritatē iu
ſticie. Sed ad magnitudinē mie
ſue ptinet vt pccā ſine ſatiſfacti
one dimittat. ergo deus huma-
nā naturā repare potuit et debu-
it nō expectando ſatiſfactionem
ergo nō fuit neccāriū ⁊c. Tercio
ſic quicūqꝫ poteſt ſatiſfacere pro
maiori peccato poteſt ſatiſfacere
pro minori ſed mortale peccatū
actuale eſt magis ꝙ originale:
quia habet plus de voluntario. er
go cū homo poſſit ſatiſfacere ꝓ
mortali peccato multo forcius ꝓ
originali ſatiſfacere poterit ⁊ ſic
nō eſt neceſſariū deum incarna
ri. In oppoſitum arguitur ſic il-
lud per qđ humanū genus libe-
ratur a perdicōne eſt neccāriū ad
humanā ſalutem: ſed miſteriū
diuine incarnacōnis eſt hmōdi
ſm illud Ioh. iii. Sic deus dile-
xit mundū vt vnigenitū filiū ſu
um daret vt omnis qui credit in
eum nō pereat ſed habeat vitam
eternā. ergo neccāriū fuit ad re
paracōnem generis humani de
um incarnari. Secundo ſic non
erat conueniens vt bona natura no
biliſſima creaturarū a ſuo fine
totaliter fruſtraret: ſed huma-
na natura eſt inter nobiliſſimas
creaturas. cū ergo tota corrupta
fuerit per peccatū in primo pare
te et ita beatitudine priuata ad
quam inſtituta erat cōgruū fu-
it ipſam reparari ſed reparacio
nō poteſt fieri niſi peccatū dimit
tatur nec iuſtū eſt vt peccatū ſi
ne ſatiſfactione dimittat. ergo
neccāriū fuit ꝓ peccato totiꝰ natu
re humāe ſatiſfieri ſꝫ ſatiſfactio
decēter fieri nō poteſt niſi ab eo
qui debet ſatiſfacere et poteſt: ſꝫ
nō debet niſi homo qui peccauit
cum autē nullius creature bonū
excedat bonum humane nature
totius vt recōpenſationē ꝓ tota

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

natura facere poſſet · patet ꝙ nul
la creatura pro homine ſatiſfa=
cere poſſet nec ipſe pro ſe cū pec=
cator indignus reddatur · ergo
neceſſarium fuit vt deus homo
fieret ad ſatiſfaciendum pro ho=
minibus. ¶ Reſpondeo dicen=
dum · ꝙ deum incarnari aliquo
modo fuit neceſſarium ⁊ aliquo
modo nō · Pro quo notandū iux
ta ſanctum Thomam. ꝙ ad fi=
nem aliquid dicitur neceſſarium
duplr vno mō ſine q̊ finis hū n̄
p̄t ſic cib⁹ ē nccāri⁹ ad ꝯſeruacō
nē hūane vite · Alio mō dr nccīm
per quod melius et cōueniēci=
us peruenitur ad finem ſicut e=
quus eſt neceſſarius ad iter ·
¶ Primo modo neceſſitatis deum
incarnari non fuit neceſſarium
ad reparacionem humane nature
deus enim per ſuam omnipoten
tem virtutem poterat humanā
naturam multis alijs modis re=
parare. ¶ Secundo autem modo
neceſſitatis neceſſarium fuit de=
um incarnari ad reparacionem
humane nature hanc concluſio
nem ponit Auguſtinus xiij · de t̄ ·
d · Oſtendamus non alium mo
dum poſſibilem defuiſſe deo cui⁹
poteſtati omnia equaliter ſubia
cent ſed ſanande miſerie noſtre
conuenienciorem modum aliū
non fuiſſe cuius incarnacōis ne
ceſſitas ſiue conueniencia ex tri=
bus ſumitur ſcʒ ex plenitudine
diuine miſericordie ex immuta

bilitate iuſticie ipſius et ex decē=
ti ordine ſapiencie eius : q̄a eñ
deus eſt ſumme bonus et miſe=
ricors decuit nulli creature nega
ri hoc cuius eſt capax · Vnde cum
natura humana lapſa eſſet ⁊ ni
hilominus reparabilis foret decu=
it vt eam repararet quia et iuſti
cia eius immutabilis eſt cuius
lege ſancitum eſt vt nunq̄m
peccatum ſine ſatiſfactione di=
mittatur decuit vt in humana
natura eſſet qui ſatiſfacere poſſꝫ
et quia hoc purus homo per ſe fa
cere nō poterat vt dictum eſt de
cuit vt deus qui ſumme ſapiēs
eſt aliquem conuenientiſſimum
reparacōnis adinueniret modū
Vnde conuenientiſſimus eſt vt
integre natura repararetur et fa
cilius ad id quod amiſerat ho=
mo peruenire poſſet ¶ Si autem
hominem per angelum reparārꝫ
non integra eſſꝫ reparacio : quia
homo ſemper angelo ſalutis ſue
debitor eſſet et ita in beatitudīe
ei equari non poſſꝫ qđ tamen aſ
ſecutus fuiſſet ſi non peccaſſet · ſi
cut eciam nunc conſequūtur ho=
mines per graciam reparacōnis
vt ſint ſicut angeli in celo Ma
thei · viceſimoprimo · Et ideo de
cuit vt non angelus ſed ipſe de
us hominem repararet multe a=
lie conueniencie aſſignantur in
carnacionis quas nos breuita=
tis cauſa et quia communes in
ſermonibus ſunt pertranſim⁹ ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad raciones in oppoſitum di
cendum ad primam reſponde-
tur ꝙ racō illa procedit ſm illū
modū neccārij ſine quo ad finē
peruenire nō poteſt· hoc autē ne-
ceſſitatis modo dictum eſt nō eſ
ſe neceſſarium deum incarnari·
¶ Ad ſecundam reſpōdetur ne-
gando cōſequenciam et racō eſt
quia licet deus ſit ſumme miſe
ricors ſua tamen miſericordia
nullomodo obuiat ſue iuſticie·
miſericordia enim que iuſticiā
tollit magis ſtulticia ꝙ̄ virtus
dici debet et per cōſequens talis
deum nō decet ꝓpter quod deus
miſericordiam ſuam infinitam
ſic manifeſtare voluit vt in nul
lo iuſticie eius derogaretur q̄d
factum eſt dum ꝓ nobis homo
factus eſt vt pro nobis ſatiſfa-
ceret in quo eciam habundācia
miſericordia oſtenſa eſt ad nos
ꝙ̄ ſi ſine ſatiſfactione peccatum
dimiſiſſet inquātum noſtrā na-
turam magis exaltauit ⁊ ꝓ nobꝭ
mortem pertulit· ¶ Ad terciam
reſpondetur negando ꝙ̄ peccatū
originale ſit minus malum Pro
quo notandum ꝙ quātitas ori-
ginalis ⁊ actualis mor̄tis pecca
ti poteſt dupliciter attēdi vel q̄n
tum ad principium vel quātum
ad bonum quod ꝑ vtrumqꝫ pri-
uatur Principium autē actualis
peccati volūtas ꝓpria eſt Princi
pium autē originalis in iſto eſt
origo eius viciata · vnde origi-
nale quodāmodo eſt neceſſariū
eſt ſed actuale eſt omnino volū
tarium · vn̄ habet plus de racōe
culpe et eſt magis vituperabile·
Bonum autem q̄d actuali pec-
cato corrumpitur eſt bonum hu
ius perſone cui preponderat bo-
num tocius nature quod per ori-
ginalem corrumpitur quia bo-
num gentis eſt diuinius ꝙ̄ vni
us hominis bonum vt dicitur·
ij·ethico· vt ſic poſſet dici ꝙ actu
ale eſt magis culpa originale ve
ro magis malum· actio autē ſa-
tiſfacientis ē ꝓporcionata quāti
tati culpe ex parte boni quod ꝑ
culpam corrumpitur · et ideo cū
omnis actio ſit ꝑſone quia actꝰ
ſingularium ſunt · ideo ad ſatiſ-
factionem pro actuali ſufficit ac
tus cuiuſcumqꝫ hominis cū gra-
cia diuina nō autem ad ſatiſfac
tionem pro peccato originali ni-
ſi actio illius hominis plus vale
ret ꝙ̄ totum bonum humane na
ture et ſic nō poſſet eſſe purus ho
mo et ideo oportuit eſſe deum et
hominem qui pro originali ſatiſ
faceret

AD ſecundam queſtionē
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ eciam ſi homo nō pec-
caſſet deus incarnatus fuiſſꝫ Pri
mo ſic deut· xxxij· dei ꝑfecta ſunt
opera ſed perfectio non poteſt eſ
ſe niſi vltimū cōiungat̄ pn̄cipio
vt ſic q̄ſi quidā circulꝰ cōcludat̄

r iij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et addicio alterius fieri non poſ
ſet · cum ergo ipſe deus ſit prin
cipium et homo ſit vltima creatu
rarum decuit ad perfectionē vni
uerſi vt eciam ſi homo nō peccaſ
ſet deus homo fieret. ¶ Secūdo
ſic. Romanoꝝ · i · Inuiſibilia dei
per ea que facta ſunt intellecta
cōſpiciūtur ſed potēcia ſapiēcia
et bonitas dei infinita ſunt ergo
decuit eciam ſi homo nō peccaſſꝫ
iſta in aliquo effectu manifeſta
ri ſed potencia infinita nō mani-
feſtatur niſi per effectum infini
tum nec ſapiencia infinita niſi
ꝑ decorem infinitum nec bonitas
infinita niſi ꝑ communicationē
infinitam. Cum ergo nulla crea
tura ſit infinita nec in ea infini-
tus ſit decor ex forma et ꝓporcio
ne parcium. nec iterum aliqua
creatura communicacōnem infi
nitam boni recipiat. videtur ꝙ
decuit eciam hominem nō peccā
tem vniri deum homini vt ex ꝑ-
te hominis racō eſſꝫ et ex ꝑte dei
infinitas et ex coniunctione dei
ad creaturam infinitus decor re-
ſplenderet et infinitum bonum
ipſi humane nature communi-
caretur ſcilicet perſona increata
que in ea ſubſiſteret. ¶ Tercio
ſic. Non eſt in aliquo capacitas
humane nature per peccatū am-
pliata ſed poſt peccatum humā
natura inuenta eſt capax tanti
boni vt a deo aſſumeretur ī vni
tate perſone ergo et ante pecca-
tum hmōdi dignitatis capax fu
it ſed ad deum qui īfinito amo-
re diligit ea que ſunt pertinet vt
nullum bonum creature deneget
cuius eſt capax ergo ipſe huma
nam naturam aſſumpſiſſꝫ eciam
ſi homo nō peccaſſꝫ. ¶ Quarto
ſic. Non eſt credendum ꝙ homo
ex peccato aliquod commodum
reportauerit ſed maxima digni-
tas humane nature eſt in hoc ꝙ
aſſumpta eſt in vnitate ꝑſone
diuine. ergo hoc per peccatum ho
mo conſecutus non eſt et ſic idē
quod prius ¶ Quinto ſic. Cum
homo ad beatitudinem ſit crea-
tus ante peccatum totus beatifi-
candus erat ſed beatitudo homi
nis quātum ad partem ſenſiti-
uam erit in aſpectu humanita-
tis aſſumpte quantum vero ad
partem intellectiuam in intuitu
diuinitatis aſſumentis ſic enim
ingredietur homo et egredietur
vt Auguſtin9 exponit et paſcua
inueniet. Iohannis primo
¶ In oppoſitum eſt Auguſtin9
in li. de verbis domini exponēs
illud Math. xviij. Venit filius
hominis querere et ſaluum face
re quod perierat ſi homo non pec
caſſet filius hominis non veniſſꝫ
et loquitur de aduentu in carnē
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ vt
tangit ſanctus Thomas in ſcdo
et in tercia parte ſuper hoc diuiſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diuerſimode opinati ſunt · qui-
dam enim dicunt ꝙ eciam ſi ho
mo non peccaſſet dei filius fuiſſ;
incarnatus · Alij vero contrariū
aſſerunt quorum aſſercōm ma-
gis videtur conſenciendum cuꝰ
racō eſt quoniam ea que ex ſo-
la dei voluntate veniunt ſuper
omne debitum creature nobis
innoteſcere non poſſunt ñ ſi quā
tenus in ſacra ſcriptura tradun-
tur per quam diuina voluntas
innoteſcit ¶ Unde cum in ſacra
ſcriptura vbiq; incarnacōnis ra
cio ex peccato primi hominis aſ-
ſignetur cōueniēcius dicitur in-
carnacōnis opus ordinatum eſ
ſe a deo in remedium peccati ita
ꝙ peccato non exiſtente incar-
nacio non fuiſſ; q̄uis potencia
dei ad hoc limitetur · Potuiſſet
enim eciam peccato non exiſten
te deus incarnari · hanc ergo aſ
ſercionem ſiue opinionem tam
q̄ veriorem ſequentes . Dicimꝰ
ad queſtionem reſpondentes ꝙ
ſi homo non peccaſſet deus incar
natus non fuiſſ; · Iſta concluſio
probatur · Primo ſic · ſuper illđ
thimothei. primo. Ihesus venit
in hunc mundum peccatores ſal
uos facere dicit gloſa Nulla cau
ſa fuit veniendi chriſto domino
niſi peccatores ſaluos facere tol-
le vulnera tolle morbos et nulla
eſt cauſa medicine · ſed remota
cauſa remouetur effectus · ergo
concluſio vera · Secundo ſic dicit
Leo papa in ſermone de natiui
tate ſi enim homo ad ymaginez
et ſimilitudinem dei factus ī ſuo
honore manſiſſet creator mundi
creatura non fieret aut ſempi-
ternus temporalitatem ſubiret
aut equalis deo patrī dei filius
formam ſerui aſſumeret · ergo
concluſio vera ¶ Ad raciones
in oppoſitum . Ad primam reſpō
detur negando conſequenciam
et racio eſt quia licet vniuerſuz
perficiatur in coniunctione vlā
ad principiū p̄mī ñ tñ oportz ꝙ ī
ꝯiūctiōe q̄ ē ī vnitate pſōe ſꝫ ī cō
iunctione que eſt in ordine ad
finem · Unde ad perfectionem v-
niuerſi ſufficit ꝙ naturali modō
creatura ordinatur ſic in deum
ſicut in finem · Hoc autem exce
dit limites pfectionis creature
vt creatura vniatur deo in perſo
na . ¶ Ad ſecundam reſponde
tur eciam negando conſequen-
ciam et racō eſt quia in producti
one minime creature manifeſta
tur potencia infinita et ſapiēcia
et bonitatis dei quia quelibet
creatura ducit in cognicōnem a-
licuius primi ꝛ ſummi qđ infini
tum eſt in omni perfectione nec
oportet ꝙ potencia infinita per
effectum infinitum manifeſte-
tur nec bonitas infinita per
cōicacionē infini · ſed ſufficit ad
oſtendendā bonitatem infinitā

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc ſcꝫ ꝙ vnicuiqꝫ ſm ſuam ca-
pacitatem largitur. ¶ Ad terciā
reſpondetur ꝙ capacitas alicu-
ius creature poteſt intelligi du-
pliciter vel ſm potenciam natu-
ralem que ptinet ad racionē na-
turalem et ſic nullam capacitatē
nature vacuam deus dimittit ī
genere q̃uis capacitatem alicu-
ius creature pticularis nō imple
at ꝓpter aliquod impedimentū
vel intelligi poteſt ſm potēciam
obediencialem ſm quā quilibet
creatura habetur ex ea poſſet fie-
ri ꝙ deus vult ⁊ hoc modo in hu-
mana natura eſt capacitas hui⁹
dignitatis vt in vnitate diuine
perſone aſſumatur. nec oportet
ꝙ deus talem capacitatem im-
pleat ſicut nec oportet ꝙ deus
faciat quicq̃d poteſt: ſed ſm ꝙ
cōgruit ordini ſapiencie eius.
¶ Ad quartam reſpondetur ne-
gando aſſumptum. qm̄ vt dicit
apoſtolus ad Ro. v. vbi habū-
dauit delictum ſuperhabūdauit
et gracia nō eſt inconueniens vt
aliquod bonum ex peccato deus
eliciat ꝙ ſine peccato nō fuiſſ; ſi-
cut patet in alijs virtutibus vt
in paciencia et penitencia et eciā
ex peccato hominis hoc optimum
potuit elicere vt filius dei incar-
naretur ꝓpter quod dicit Gre-
gorius O felix culpa que talē ac
tantam habere meruit redemp-
torem ¶ Ad quintam reſponde-
tur negando minorem. dicimus
enim iuxta ſanctū Tho. ꝙ beati-
tudo tocius hoīs ē ex ipſa deitate
in quam virtus interius imme-
diate fertur ex quo redūdat glo-
ria in inferiores partes anime ⁊
in ipſum corpus in viſione eciā
humanitatis erit quoddā gau-
dium accidentale. ſicut eciam in
victoria paſſionis eius tamē cō-
ſtat apud omnes ꝙ ſi homo nō
peccaſſ; de⁹ paſſus nō fuiſſ;

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur et videtur
ꝙ nō fuit conueniencius
filium dei incarnari magis q̃ pa-
trem aut ſpiritum ſanctum. Pri-
mo ſic. Sicut in miniſterio incar-
nacionis monſtrata eſt ſapiēcia
in decencia reconſiliacōis ita eci-
am monſtrata eſt potencia ī hoc
ꝙ in infinitum diſtancia iuncta
ſunt et eciam bonitas in hoc ꝙ
non deſpexit proprij plaſmatis
infirmitatem vt dicit Damia⁹.
ſed ſicut ſapiencia attribuitur
filio ita bonitas ſpiritui ſancto ⁊
potencia prī. ergo n̄ magis dece-
bat filium incarnari q̃ patrem
vel ſpiritum ſanctum. ¶ Secun-
do ſic victoria potencie attribui-
tur patri: ſed per incarnacionē
ſecuta eſt victoria de hoſte ergo
incarnacō magis decebat patrē
cui appropriatur potencia:
¶ Tercio ſic arguitur de ſpiritu
ſancto. Eorum enim que magis
vicina ſunt decēcior eſt coniunctio

eſt coniunctio ſed ſpiritus ſan-
ctus eſt perſona nobis magis vi
cina vt dicit Auguſtinus . libro
de ſpiritu et anima . ergo ſpiritū
ſcm̄ magis decebat incarnari ꝗ̄
filiū ¶ Quarto ſic arguitur in
carnacō dei proceſſit ex maxima
caritate quam ad nos habuit : ſꝫ
caritas appropriatur ſpiritui ſā-
cto . ergo potiſſime decebat ſpiri
tum ſanctum incarnari . ¶ In
oppoſitum arguitur ſic In mēte
noſtra ſunt tria tres perſonas re
preſentancia ſcꝫ mens que rep-
ſentat patrem . Verbum mentis
quod repſentat filium . et amor
qui repreſentat ſpiritum ſanctū
ſed inter hec tria verbum men-
tis precipue comparabile eſt ſm̄
quod exterius per vocem ſonat
ergo et incarnacio conuenientiſ-
ſime verbum eternum decuit qd
eſt ipſe filius dei ¶ Reſpondeo
dicendum ꝙ decencius fuit fili-
um dei incarnari ꝗ̄ patrem vel
ſpiritum ſanctum que decencia
incarnacōis filij dei attendit̄ ⁊
ex pprijs et ex appropriatis . In
proprijs autem poſſunt quatu-
or conſiderari ſm̄ qd filius eſt qꝛ
verbum eſt quod ymago quod
media in trinitate perſona . ſm̄
autem quod filius eſt conuenit
ad reparacionem . tum vt per eū
cuius naturaliter eſt hereditas
alij in filios adoptarentur et co-
heredes fiant . ſcd̄m autem quod
eſt verbum conuenit ad repara

cionem quia in quātum tale ha
bet congruenciam ad officium p̄
dicacōis et doctrine quia verbū
manifeſtat dicentem et ipē ma-
nifeſtauit patrem . Johan . xvij .
Pater manifeſtaui nomē tuum
hominibus . In quātum vero eſt
ymago conuenienciam habet cum
eo qui reparandus erat . ſcilicet
cum homine qui ad yma ginem
dei fact9 ē . Geneſis pmo . Vnde
decuit vt ymago ymaginem aſ
ſumeret increata creatam ¶ In
quātum eſt media in trinitate
perſona congruit ad vltimum ef
fectum qui eſt reconſiliacio homi
nis ad deum . decet enim vt qui
eſt medius in trinitate eciaꝫ ſit
mediator . Inueniuntur eciam
quatuor in filio appropriata ſcili
cet ſapiencia et virtus ab apo-
ſtolo equalitas ab Auguſtino .
ſpecies et pulchritudo ab hyla-
rio . In ꝗ̄tū autē ſapiēcia eſt cō-
gruit ad reſtauracōꝫ qꝛ decet vt
q̄ in ſapiēcia fcā ſūt p ſapiēciā re
ſtaurēt̄ . In ꝗ̄tū āt eſt virtus ⁊ bra
chiū pris cōgruit ad victoriā de
hoſte capiēdā . Lu . i . Fecit potēci
am in brachio ſuo . In quantum
vero eſt equalitas congruit eciā
morbo qui ſanandus erat . vter-
qꝫ enim ſcilicet homo et dyabol9
peccauerunt appetendo eq̄litatē
dei ille potencie iſte ſciencie ¶ In
quātum vero ſpecies et pulchri-
tudo eſt cōgruit reparacioni vt
per ipſum deturpacō ymaginis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per peccatū inductā āmoueretur. pat̄r vero nō conuenit incarnacio precipue propter proprietatem innascibilitatis. ¶ Non enim decet vt qui in diuinitate est pater in humanitate sit filius sic enim filius dei patris esset nepos virginis si ipsa virgo mr̄ esset dei patris. similiter eciam nec spiritui sancto conuenit ne nomen filij in plures personas transferatur. ¶ Ad raciones in oppositum ad primam respondetur negando consequenciam et racō quia licet in incarnacione ostendatur potencia sapiencia et bonitas et ideo efficacia incarnacionis toti trinitati tribuitur opus tamen quod deo incarnato debebatur per filium expleri decuit racōnibus dictis et ideo tota trinitas carnem soli filio vniuit. ¶ Ad secundam respondetur negando consequenciam. et racio est quia nō est potentis per potenciam minus potentem vincere hoc enim violentum est. et nō laudabile sed per iusticiam et sapienciam vincere et ideo per filium debuit deus pater hostem vincere. ¶ Ad terciam respondetur ꝙ racō nō procedit quia spiritus sanctus non dicitur iō vicinior nobis ꝙ sit coniugabilior carni ꝙ̄ filius sed ꝓpter caritatem p quam nobis omnia dona donantur. procedit em̄ vt dicit Albertus vt donum a patre et filio donabile racōnali creature. talem autē respectum ad nos nō importat nomē filij. ſm qd̄ ē in patre filius tamen est nobis magis vnitiuus ꝙ̄tum ad congruenciam incarnacionis racōibus dictis. ¶ Ad quartam respondetur negādo ꝯñam et racō est. ꝗꝛ licet caritas dei sit causa incarnacionis et ideo causalitas diuine incarnacōnis ꝙ̄uis communis sit tribus personis appropriatur spiritui sancto. nō tamē ex hoc sequitur ꝙ spiritus sanctus debuerit incarnari

¶ In dominica secunda cantatᷣ euangelium. Erunt signa in sole et luna. Luce xxj. in quo ꝗꝛ tangitur de aduentu xp̄i ad iudicium possunt disputari se. q:
Prima est vtrum generale iudicium sit futurum. ¶ Secunda vtrum omnes iudicandi in iudicio videbunt filium hominis idest christū in forma humana gloriosa iudicantē. ¶ Tercia ē vtrū signa que assignātur ī leccione euāgelij p̄cedant iudiciū. ¶ Quarta vtrū tēp⁹ futuri iudicij p̄t determinate sciri ab aliquo homine.

Ad p̄mā. q. quā queritur vtrū generale aut vniuersale iudiciū futurum sit. pcedit̄ sic et videtur ꝙ non Primo sic namq̄ dicitur secūdū aliā litterā nō iudicabit bis de⁹ in idipsū sed nūc de⁹ iudicat de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pēna corporis et cōpleto in penis
numero dampnatorū: quia quā
to cum pluribus ardebūt magis
ardebūt. ¶ Ad terciam respon
detur negando ꝯſequenciam et
racio eſt ꝙ vniuerſale iudicium
vt dictum eſt magis directe re-
ſpicit vtilitatem hominū ꝙ ſin-
gulos iudicādorum ꝙuis igitur
cuilibet homini ante iudiciū ſit
certa noticia de ſua dampnacō-
ne vel premio nō tamē omnibꝰ
omniū dāpnacio vel ꝑmiū inno
teſcit. vnde iudiciū neccāriū erit.

AD ſecundam queſtionē
ꝙua queritur vtrū om-
nes iudicandi in iudicō
videbūt filiū hominis. ideſt cri-
ſtum in forma humana glorio-
ſa iudicantem ſic proceditur et
videtur ꝙ nō. Primo ſic. Xpus
in iudicio nō apparebit ī forma
humanitatis glorioſa. Ioh. xix.
Videbūt ī quē trāſfixerūt glo.
ꝙ in ea carne venturus eſt in q̄
crucifixꝰ eſt ſed crucifixꝰ ē in for
ma infirma ergo in forma in
firmitatis apparebit ⁊ non in for
ma glorioſa. ¶ Secūdo ſic dicit
Math. xxiiij. Apparebit ſignū
filij hominis in celo. ideſt ſignū
crucis ergo cum crux ſit ſignum
infirmitatis et nō glorie et ꝑ cō
ſequens nō videbitur ab omni
bus in forma glorioſa. ¶ Ter-
cio ſic oculus nō glorificatus nō
poterit videre claritatem corpo-
ris glorificati cum ſit improporci
onatus. ergo cum multi vt pote
mali nō habebūt oculos glorifi
catos nō poterunt videre criſtū
iudicantē in forma glorioſa

In oppoſitum eſt euangeliū no-
ſtrum in quo dicitur. videbūt fi
lium hominis venientē in nube
cū poteſtate magna et maieſta-
te. Maieſtas autē et poteſtas
ad gloriam pertinet ergo in for
ma glorioſa apparebit et ab om
nibus videbitur. ¶ Reſpondeo
dicendū ſub tribus concluſioni
bus. Prima eſt ꝙ xpc in iudicō
apparebit in forma hūana Iſta
cōcluſio patet ex illa parte euā
gelij vbi dicitur. videbūt filium
hominis venietē ergo in forma
humana Secundo racōe ſic. eiꝰ
eſt iudicare cuius eſt legem con
dere: ſed xpc in humana natura
apparens nobis legem euange-
lij dedit. ergo in eadem natura
apparens iudicabit ¶ Tercio ſic
xpc ſm illam formam iudicabit
in qua iudicatus eſt vt poſſit ab
impijs videri vt dicit glo. Ioh.
v. ſi iudicatus ē ī ſe forma hūa-
nitatis ergo in eadem iudica-
bit. Secunda cōcluſio eſt ꝙ cri
ſtus in iudicō apparebit in for-
ma humana glorioſa. Iſta con
cluſio patet primo ſic ille qui iu
dicat debet eminere illis qui iu
dicantur ſed electi qui iudicabū
tur a xpō illi corpora glorioſa ha
bebūt ergo multoforcius iudex
in forma glorioſa apparebit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Secundo ſic. Dicit iudicari eſt
infirmitatis ita iudicare eſt au-
ctoritatis et glorie; ſed in primo
aduentu quo chriſtus venit ad
hoc ꝙ iudicaretur apparuit ī for
ma infirmitatis. ergo in ſecūdo
aduentu in quo veniet vt iudi-
cet apparebit in formā glorio-
ſa. Tercia cōcluſio licꝫ xp̄c ī iudi
cio ī for̄ glo̅ſa ab oib⁹ videᷓ⁹ ſit
viſio tn̄ illa ſicut bonis erit dele
ctabilis ita reprobis triſtis ⁊ ter
ribilis. Probatur cōcluſio Dicit
em̄ Yſidorus ꝙ apparebit xp̄us
terribilis reprobis. blandus bo
nis. Unde ſicut amicis gloria ē
delectabilꝫ ita gloria et poteſtas
eius qui odio habetur cōtriſtatꝫ
et ideo ſicut viſio glorie huma-
nitatis chriſti erit iuſtis in p̄mi
um et gaudium. ita inimicis cri
ſti erit in ſupplicium ¶ Nunc ad
racōnes in oppoſitum. Ad p̄maꝫ
reſpondetur negando cōſequen-
ciam. quia licet in eadem carne
in qua crucifixus eſt apparebit.
nō tamen ſimiliter ſe habente:
quia primo fuit paſſibilis ſed ī
iudicio apparebit in for̄ glorioſa
ſicꝫ erit ¶ Ad ſecundā reſpondetꝫ
pariter negando cōſequenciam
racō eſt. quia licet ſignum cru-
cis apparebit in iudicio nō tamē
ad iudicium tunc exiſtētis infir-
mitatis ſed poteſtatis vt ꝑ hoc
iuſticie appareat cōdempnacō eo
rum qui tantam miſericordiam
neglexerunt. ¶ Ad terciam re-
ſpondetur negando cōſequenci-
am. et racō eſt. quia corpus glo-
rioſum habet in poteſtate ſua vt
ſe demonſtret vel nō demōſtret
oculo nō glorioſo ideo in forma
glo̅ſa xp̄c ab oib⁹ poterit videri

Ad terciam queſtionem
qua queritur vtrum ſig
na que ponūtur hic ī eu
angelio precedere debeant iudi-
cium ſic proceditur et videtur ꝙ
nō. Primo ſic. Dicit ap̄ls. i. ad
the. v. Cum dixerint impij ſecu-
ritas repētin⁹ eis ſuperueniet in
teritus ſed nō eſt pax ⁊ ſecuritas
ſi homines per ſigna precedencia
terrerentur. ergo ſigna illa que
ſunt ad terrorem nō p̄cedent iu
dicium. ¶ Secundo. Signa ad
manifeſtacionem alicuius ordi
nantur ſed aduentus chriſti ad
iudicium debet eſſe occultus Pri
ij. the. v. dicitur. Dies dn̄i ſicut
fur in nocte veniet. ergo ſigna
nō debent ipſum precedere.

¶ Tercio ſic. Temp⁹ primi ad
uentus fuit p̄cognitum a ꝓphe-
tis quod non eſt de ſecundo ad-
uentu; ſed primū aduentum cri
ſti non preceſſerunt aliqua ſig-
na. ergo nec ſecundum precedēt
¶ Quarto ſic. Corpora celeſtia
inaltrabilia ſunt. ergo non ob
ſcurabuntur ¶ Quinto ſic Cum
ſtelle ſcd̄m ſubſtanciam et fixio
nem ſint perpetue et immutabi-
les non videtur quod de celo de-
beant cadere ¶ Sexto. Angeli

ſunt beati beatitudo vero exclu=
dit omnem miſeriam ⁊ mutabi
litatem videtur quod virtutes celo=
rum que dicuntur angeli nullo
mō poſſunt dici timore affici vel
moueri. ¶ In oppoſitū eſt euā=
gelium preſens. ¶ Dicendo dicen
dum ſub iſta cōcluſione quod ſig=
na que deſcribuntur in hoc euā=
gelio precedent futurum iudici=
um. Iſta cōcluſio ſic declaratur
ex dictis in ſuperiori queſtione.
dictum eſt quod xp̄c ad iudicandū
veniens in forma glorioſa appa
rebit propter auctoritatem que iu
dici debeatur. ad dignitatem au=
tem iudiciarie poteſtatis ptinet
hr̄e aliqua indicia q̄ ad reuerenci
am et ſubiectionem inducāt. et
ideo aduentum xp̄i ad iudicium
venientis multa ſigna precedēt
vt cordā hominum in ſubiectio
nem venturi iudicis adducātur
et ad iudicium preparentur ⁊ in
ter alia hec que in euangelio de
ſcribuntur. ¶ Ad raciones in cō
trarium ad primam reſpōdetur
quod ſcḋm qḋ dicit Aug⁹. in li. ad eſi
ciū Circa finem mūdi erit vniu
ſalis pſecucio malorum contrā
bonos. Vnde ſicut aliqui time=
būt ſcʒ boni et aliqui ſecuri erūt
ſcʒ mali. qḋ ergo dicit cum dixe
rint impij pax et ſecuritas. ⁊c.
ad malos referendū eſt qui ſig=
na futuri iudicij pꝛeuenient. ad
bonos vero ptinet quod hic in euan
gelio dicitur areſcentib⁹ homini

bus p̄ timore ⁊c. ¶ Ad ſecundā
reſpondet quod dies domini dicit
ſic fur venire in nocte nō quod dn̄s
ad iudicium ſit venturus de nocte
p̄mo veniet de die in luce cla=
riſſima ſicut aſcendit: ſed quod ig=
noratur tempus determinatum
quod per ſigna illa cognoſci nō po=
terit ¶ Ad terciam reſpondetur
negando cōſequenciam. et racio
eſt: quia nō eſt ſimile de primo
aduentu et ſecūdo. In p̄mo enī
aduentu xp̄c venit occultus q̄ꝛ=
uis determinatū tempus eſſet p̄
us p̄cognitū a pphetis et ideo nō
oportebat hui⁹modi ſigna in p̄
mo aduentu apparere ſicut appa
rebūt in ſecūdo aduētu in q̊ ma
nifeſtus veniet q̄uis determina
tum tempus ſit occultum ¶ Ad
quartam reſpondetur quod corpa
celeſtia nō obſcurabūtur p pri=
uacionem proprij luminis cum ſit
eis naturale. corpa autem cele=
ſtia manebūt in ſua natuā inte
gra: ſꝫ iſta obſcuritas erit reſpcū
noſtri p interpoſicōnem alicui⁹
corporis opaci quemadmodum
ſit in eclipſi. luna vero dicitur nō
datura lumen ſuū Mat. xxiiij.
qḋ poteſt dupliciter itelligi vno
mō quod erit interpoſita inter ter=
ram et ſolem et pars lune que ē
verſus terram obſcurabitur cū
nō habeat lumen niſi a ſole. Ali
omodo per interpoſicionem nu=
bium obſcurancium ¶ Ad quin
tam de ſtellis quod ſtelle nō cadent

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſingulis hominum̄ operibus cum poſt mortem vnicuiqꝫ penas vel p̄mia pro meritis tribuit. ergo non videtur ꝙ aliud ſit iudicium futurum expectandum.

¶ Secundo ſic. In nullo iudicio execucio ſentencie precedit iudicium: ſed ſentencia diuini iudicij quo ad homines eſt de adepcione regni vel excluſione a regno. vt patet Math: viceſimo quinto. ergo cum modo quidam addipiſcantur regnum eternū. Vnde dominus latroni in cruce dixit. Hodie mecum eris in paradyſo. Luce. viceſimotercio. Et quidam excludantur ab ipſo perpetue. Vnde Luce. decimoſexto dicitur. Mortuus eſt diues et ſepultus eſt in inferno. ergo fruſtra expectatur aliud iudicium futurum. ¶ Tercio ſic. Propter hoc aliqua in iudicium oportet adduci quia dubium eſt quid de eis diffiniendum ſit ſed ante finem mundi determinata eſt vbicumqꝫ dampnatorum ſua dampnacio et cuiqꝫ ſanctorum ſua beatitudo. ergo videtur ꝙ non oporteat aliquod futurum iudicium eſſe. ¶ Oppoſitum colligitur ex preſenti euangelio. colligitur eciam ex illo Io. xij. Sermo quem locutus ſum vobis ille vos iudicabit in nouiſſimo die. ¶ Reſpondeo dicendum ſub iſta concluſione ꝙ generale ſiue vniuerſale iudicium futurū eſt in quo xp̄c iudicaturus eſt omnem hominū multitudinē. Iſta concluſio eſt primo articulus fidei qui de chriſto ait. Iterum venturus eſt iudicare viuos et mortuos. Secundo patet ex illo Iohannis quinto. Procedent qui bona egerunt in reſurreccionem vite qui vero mala egerunt in reſurreccionem iudicij ergo poſt reſurreccionem aliquod futurum eſt iudicium. Racione vero ſic oſtenditur predicta concluſio. Pro quo notandum iuxta ſanctum Thomam. Quod ſicut operacio pertinet ad rerum principium quo producuntur in eſſe ita iudicium pertinet ad terminum quo res ad ſuum finem perducitur. ¶ Diſtinguitur autem duplex dei operacio vna que primitus res in eſſe produxit inſtituens naturam et diſtinguens ea que ad complecionem ipſius pertinent a quo quidem opere deus dicitur quieuiſſe. Geneſis ſecundo. Alia eius eſt operacio qua operatur in eius gubernacione creaturarum. de qua Ioh. v. Pater meus vſqꝫ modo operatur et ego operor. Ita eciam duplex eius iudicium dicitur ordine tamen conuerſo vnum quod reſpondet operi gubernacionis que ſine iudicio eſſe non poteſt per quod quidem iudicium vnusquiſqꝫ ſingulariter pro ſuis operibus iudicatur non ſolum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſecundum ꝙ ſibi cōpetit ſed ſm̄
ꝙ competit gubernacioni vniu=
ſi· vnde differtur premiacio vni
us pro vtilitate alioꝛum vt pa=
tet ad heb· xi. et pene vnius ad
profectum alterius cedunt· vn=
de neceſſe eſt ꝙ aliud ſit iudi=
cium vniuerſale reſpondens ex
aduerſo prime rerum productio
ni in eſſe vt videlicet ſicut tunc
omnia proceſſerunt immediate
a deo ita tunc vltima complecio
mundi detur vnoquoqꝫ accipiē=
te finaliter quod ei debetur ſecū
dum ſeipſum· ¶ Unde et in illo iu
dicio apparebit manifeſte diui
na iuſticia quantum ad omnia
que tunc ex hoc occultantur ꝙ
interdum de vno diſponitur ad
vtilitatem alioꝛum aliter q̄ꝫ ma
nifeſta opera exigere videantur
¶ Unde eciam et tunc erit ſepara=
cio vniuerſalis bonoꝛum a ma=
lis : quia vlterius non erit locus
vt mali per bonos et boni ꝑ ma
los proficiant propter quem ꝓ=
fectum interim commixti inue=
niuntur boni malis quoadusqꝫ
ſtatus huius vite per diuinam
prouidenciam gubernatur
¶ His habitis dicendum eſt
ad raciones in oppoſitum ad pri
mam reſpondetur ꝙ deus non
iudicat bis in idipſum ſecundū
idem in illo iudicio· ¶ Pro quo no
tandum ꝙ quilibꝫ homo eſt ſin
gularis quedam perſona et eſt
pars tocius generis humani.

¶ Unde et duplex iudicium ſibi de
betur vnum ſingulare quod de
eo fiet poſt mortem quando reci
piet iuxta ea que in corpore geſ
ſit q̄uis non totaliter : quia nō
quo ad corpus ſed quo ad ani=
mam tantum ¶ Aliud iudicium de
bet eſſe de eo ſm̄ quod eſt pars
tocius humani generis ſicut ali
quis iudicari dicitur ſm̄ huma=
nam iuſticiam eciam quando iu
dicium dicitur eſſe cōmunitatis
cuius ipſe eſt pars· ¶ Unde ⁊ tūc
quando fiet vniuerſale iudiciū
tocius humani generis per vni=
uerſalem ſeparacionem bonoꝛū
a malis et quilibet per cōſequēs
iudicabitur nec tamen deus bis
iudicabit in idipſum quia non
duas penas pro vno peccato in=
fert ſed pena que ante iudicium
complete inflicta non fuerat in
vltimo iudicio complebitur pꝯ
quod impij cruciabuntur quo
ad corpus et quo ad animam ſi
mul· ¶ Ad ſecundum reſpon=
deo ꝙ eſt falſum ꝙ ſentencia il
lius generalis iudicij que eſt v=
niuerſalis ſeparacio bonoꝛum a
malis precedat illud iudiciū nec
eciam quo ad particularem ſen
tenciam vniuſcuiuſqꝫ plene pre
ceſſit iudicij effectus quia et bo=
ni amplius poſt iudicium premi
abuntur· tum ex gloria corporis
adiuncta. tum ex numero ſanc=
torum completo et mali eciam
amplius torquebuntur adiūcta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de celo q̄tum ad eorum ſubſtan
ciam cum ſint incorruptibiles ſ
ſm apparenciam · q vere ſtelle
abſcondentur nubium denſitate
et de nubibus verſus terram de-
ſcendent exaltacões ignite que
dicuntur ſtelle cadentes · vel vt
dicit Albertus magnus q ſtelle
dicũtur cadere nō q̄tum ad ſub-
ſtanciam ſuam ſed q̄tum ad ca
ſum ſue virtutis quā habent mo
do · ¶ Ad ſextam reſpondetur q
virtutes celorum dicũtur moue
ri quia tunc multa terribilia faci
ent ad terrorem hominum · Hec
autem modo in nullo cōtradicit
ſtatui beatitudinis angelorum
vt patet et ita racō in nullo p-
cedit ·

Ad qeſtionem quartam
qua queritur vtrum tē-
pus futuri iudicij poteſt
determinate ſciri ab aliquo hoīe
ſic proceditur et videtur q ſic ·
Primo ſic · Sicut enim ſancti pa
tres expectabant primum aduē
tum · ita nos ſecundum expecta
mus ſed ſancti patres ſciuerunt
tempus aduentus primi ſicut p
numerum ebdomadarū que de-
ſcribũtur Daniel · ix · ergo vide
tur q et nobis eſt poſſibile ſcire
tempus ſecundi aduentus de-
terminatum · ¶ Secūdo ſic Per
ſigna deuenimus in cognicionē
ſignatorum ſed de iudicō multa
ſigna in hoc euāgelio nob deſcri-
bũtur · gͦ in cognicionem illius
temporis poſſumus deuenire
¶ Tercio ſic · ſm Auguſtinum
in fine de ciuitate dei ſexta etas
currit ab aduentu xpi vſq ad fi
nem mundi ſed ſcitur q̄tum pre
cedentes etates durauerunt · er
go ſciri poteſt quātum iſta etas
durare debeat per comparacionē
ad alias · ¶ Quarto ſic · Mag
num et paruum diuturnū et bre
ue relatiue dicũtur de vno per cō
paracōnem ad aliud ſed temp⁹
illud quod eſt ab aduentu xpi
vſq ad finem mundi dicitur ee
breue · vt patet · i · corin · vij · Tē
pus breue eſt et in eodē · x · nos
ſumus in quos fines ſeculorum
deuenerunt et · i · Ioh · iiii · Nouiſ
ſima hora eſt ergo hoc dicitur p
comparacōnem ad tempus pre-
cedens · ergo ſaltem hoc videtur
ſciri poſſe q multo breui⁹ eſt tē-
pus ab aduentu xpi vſq ad fi-
nem mundi q̄ a principio mun
di vſq ad xpm ¶ In oppoſitum
eſt illud Math · xxiiij · de die illa
et hora nēo ſcit nec angeli celorū
¶ Secūdo ſic · Si deret aliq̄bus
reuelari p̄cipue reuelatū fuiſſ q̄
rētib⁹ apl'is q̄ doctores toci⁹ mū
di inſtituebāt ſ eis de finali ad
uētu dn̄i q̄rentib⁹ rn̄ſum eſt an
p̄mo nō ē veſtrū noſſe tp̄a vel mo
mēta q̄ pr̄ poſuit in ſua ptāte gͦ
multū min⁹ eſt alijs reuelatum
¶ Rͦ dicēdum ſꝫ iſta ↄcluſiōe
q tp̄s determinatū futuri iudicij
nō p̄ot cognoſci ab aliquo puro

homine a ſolo enim deo ⁊ ab ho
mine xp̄o cognoſcitur· Probat
enim iſta concluſio iuxta ſanctū
Thomā. in queſtionibus de po⸗
tencia dei. quia duplex eſt mo⸗
dus quo poſſumus cognoſcere
futurā. ſcꝫ per cognicionem na⸗
turalem et ꝑ reuelacionem· Na⸗
turali quidem cognicōe cognoſ
ci non poteſt determinate finis
mundi quia eius nō eſt alia cau
ſa niſi volūtas diuina quāquidē
cauſam naturali cognicōne cog
noſcere nō poſſumus. Per reue⸗
lacionem vero licet ſciri poſſet ſi
deus vellet reuelare nō tamen cō
gruum eſſꝫ ꝙ reuelaretur niſi ho
mini xp̄o et hoc ꝙ finis mūdi nō
erit niſi cōpleto nūero elcōꝝ cu⸗
ius cōplecio eſt quedam execu⸗
cio tocius diuine predeſtinacio⸗
nis. Unde nō cōpetit reuelacōnē
fieri de fine mundi niſi ei cui fit
reuelacio de tota predeſtinacio⸗
ne diuina ſcꝫ homini xp̄o ꝑ quē
tota diuina predeſtinacō tocius
humani generis quodammodo
impletur vnde dicit Ioh̄· Pater
diligit filium et omnia demon⸗
ſtrat ei que ipſe facit· ¶ Ad raci
ones in oppoſitum ad primā re⸗
ſpondetur negando cōſequenciā
et racio eſt quia nō eſt ſimile de
primo aduentu et ſecundo quia
primus aduentus xp̄i nobis pa
bat viam ad merendum per fidē
et alias virtutes et ideo ex par⸗
te noſtra requirebatur primi ad

uentus noticia vt credendo in eū
qui venturus erat et ꝑ eius gra⸗
ciam mereri poſſemus· In ſecun
do autem aduentu p̄mia reddē⸗
tur pro iuſtis et ſic ex ꝑte noſtrē
nō requiritur quid agamus aut
quid cognoſcamus ſed quid re⸗
cipiamus· vn̄ nō oportet precog
noſcere determinate tempus il
lius aduentus ¶ Ad ſecundam
racōnem reſpondetur negando
cōſequenciam et racō eſt. ꝙ illa
ſigna poſita ſūt ad manifeſtan⸗
dum ꝙ qn̄qꝫ mūdus finiet non
autē ad manifeſtandum deter⸗
minatum temp⁹ qn̄ finiet· Po
nūtur aūt inter illa aliq̄ ſig que
quaſi a mūdi exordio fuerunt ſi
cut ꝙ ſurget gens contra gen⸗
tem et ꝙ terremotus erunt ꝑ lo
ca: ſed inſtante mūdi fine hec a
būdancius euenient. que autē ſit
illa menſura horum ſignorū que
ante finem mundi erit manifeſ⸗
tum nobis eſſe nō poteſt· ¶ Ad
terciam reſpondetur negādo cō⸗
ſequēciam et racō eſt quia ſicut
Aug⁹· 8ʒ li· lxxxiij· q· vlti· etas
mūdi compatur vltime etati ho
minis que determinato nume⸗
ro annorū nō diffinitur ſicut a⸗
lie etates diffiniuntur: ſed quā
doqꝫ tantum durat quantū om
nes alie vel eciam amplius· vn⸗
de eciam iſta vltima etas mūdi
non poteſt determinato nume⸗
ro annorū generacōnē diffiniri·
¶ Ad quartam reſpondetur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

negando conſequenciam ⁊ racō
eſt quia ex hoc ꝙ dicitur nouiſſi
ma hora vel ex ſimilibus locucio
nibus que in ſcriptura dicuntur
non videtur aliqua determina-
ta quātitas temporis ſciri. Non
enim illa ſunt dicta ad ſignificā
dum breuem horam ipſius tem-
poris ſed ad ſignificandū ſtatū
mundi que eſt quaſi nouiſſima
etas qui quanto tempore duret
non eſt diffinitum. non enim le
gi euangelice alius ſtatus ſub-
cedet que ad ꝑfectū adducat ſic
ipſa ſuccedit legi veterī et lex ve-
tus legi nature.

¶ In dominica tercia eſt euan-
gelium. Cum audiſſet Joh. in
vinculis opera chriſti. Mathei.
xi. Circa quod occurrunt ſeque
tes queſtiones diſputande.

¶ Primo vtrum beatus Joh.
baptiſta dubitauerit an chriſtꝰ
eſſ qui mittendus erat ſaluator
mūdi ¶ Secundo vtrū chriſtus
cōuenienter reſpōdit ad queſti
onem. Joh. Cum ait dicite Johā
ni ceci vident ⁊c.

¶ Tercio vtrū beatus Joh. fue
rit plꝰ ꝙ̄ ꝓpheta

Ad primam ſic proceditur
qua queritur vtrum be
atus Jo. dubitauerit an
chriſtus mittendus erat ſalua-
tor mundi ſic proceditur et vide
tur ꝙ ſic. Primo quia queſtio ē
dubitabilis propoſicio. ipſe aūt
queſiuit vtrum ipſe chriſtus eſ

ſet qui venturus erat ſaluator mū
di. ergo videtur dubitaſſe. ¶ Se
cūdo. dicit ſic Gregorius in ome
lia ꝙ beatus Joh. petiuit an ſi-
cut pro hominibus naſci digna-
tus eſt an eciam pro hominibus
mori et ad inferos deſcendere di-
gnaretur. ergo videtur ꝙ dubi
tauerit. ¶ In oppoſitum eſt ꝙ
ipſe teſtimonium de eo ꝑhibu-
it ꝙ eſſet agnus dei qui peccata
mundi tolleret. Joh. i. ergo non
dubitauit. ¶ Reſpondeo dicen-
dum ꝙ circa hanc queſtionem
fuerunt varij modi dicendi bea
tus Gregorius dixit ꝙ btūs Jo
hannes non dubitauit vtrum
chriſtus eſſet ſaluator mundi ſ;
dubitauit vtrum ſicut natus e-
rat in humanitate noſtra ita eci
am moreretur pro ſalute huma
na. ſed hec reſponſio non videtur
conueniens. quia Joh. non fuit
minus illuminatus ꝙ̄ ꝓphete ve
teris teſtamenti. Prophete au-
tem cognouerunt chriſtum non
tantum naſciturum in carne ꝓp
ter nos ſed eciam moriturum vt
habetur Yſa. liij. Tāꝙ̄ ouis ad
occiſionem ductus eſt. ergo mlto
to forcius Joh. qui fuit plꝰ ꝙ̄ ꝓ
pheta cognouit. Item Joh. de
chriſto predixerat ſicut dictum
eſt. Ecce agnus dei Joh. i. ꝙ nō
dixiſſet vt videtur niſi vidiſſet
eū immolandū ꝓ ſalute mundi
Alij vt Ambroſius dicit. ꝙ tri-
plex ē dubitacio vna īfidelitatis

que fuit in iudeis · Alia tardita-
tis que fuit in diſcipulis · Alia ē
pietatis q̄ fuit in io · baptiſta vt
Amb · videt̄ dicē ꝙ btūs Jo · non
fecit illā queſtionē xp̄o. tu es qui
venturus es dubitate ſed qua-
dam pietate modo quo dixerat
Petrus quādo audiuit xp̄m itu
rum Jheruſalem et paſſurum et
moriturum ibi abſit a te dn̄e vt
hoc fiat · ſciebat enim Joh̄ · xp̄m
moriturum pro humano genere
et ad infernum deſcenſurum : ꝫ
cōpaciendo morti eius queſiuit
per modum dubitantis . ſed hoc
nō exprimitur in verbis Johis ·
et ideo tercij dicit vt Augu⁹ · et
Criſoſt · cum quibus tenendū ꝙ
Joh̄ · nō dubitauerit de p̄dictis
quia certitudinaliter cognouit
ſed diſcipuli eius qui nō erant
ſic illūīati dubitauerūt et iō Jo ·
per diſcipulos ſuos q̄ſtiōe ꝓpo-
ſuit nō ꝓpter ſui dubitacōnem ꝫ
diſcipulorū heſitacōnem q̄ſi dice
ret · ſepe vos ammonui et nō cre
didiſtis mihi ꝙ ip̄e eſſet · ecce mit
to duos ex vobis et dicite · tu es q̄
venturus es ⁊c · vt per voſipſos
certificati magis acquieſcatis ·
ego enim nō ſum xp̄c ſed ipſe q̄
ſpiritum nō accepit ad menſurā
et hoc de iſta queſtione ex dictis
patet reſponſio ad obiecta ·
¶ Ad primum dicitur ꝙ non e-
rat dubitacio Johannis ſed diſ
cipulorum. ¶ Ad ſecundum re-
ſpondet̄ ꝙ expoſicio gregorij nō
recipitur in hac p̄te

Ad ſecundam queſtionē
qua queritur vtrū xp̄s
couenienter reſpondit
queſtioni Joh̄. et videtur ꝙ nō
Primo ſic in primo aduentu ven
turus erat in infirmitate ſcḋm il-
lud Yſa · liij · t ꝙ vir dolorū et ſci
entem infirmitatem : ſed opera
miraculorum magis p̄tinent ad
virtutem et maieſtatem ꝙ ad ī
firmitatem. ergo nō couenient̄er
reſpondit ſe eſſe qui venturus e
rat in carnē p operacionem mi-
raculorum. ¶ Secundo ſic mira
cula que chriſtus fecit ab alijs
facta ſunt ergo per talia nō con
uenienter reſpondebat ꝙ ipſe
erat qui venturus eſſet ad ſal-
uandum mundum · ¶ In op
poſitum eſt euangelium preſēs
et illud Joh̄ · v · Opera que mihi
dedit pater vt faciam ipſa teſti
monium perhibent de me ·
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ xp̄c
couenienter reſpondit · Reſpon
dit enim nō per verba ſed p fac
ta faciens in conſpectu diſcipu-
lorum Joh̄ · miracula multa ma
nifeſte declarancia ꝙ ipſe eſſet
criſtus · hoc eſt q̄d dicitur renun
ciate Johanni que audiſtis in
doctrinis et vidiſtis in miracu-
lis ceci vident ad preceptum me
um quod ſolius dei eſt · ¶ Ad
raciones in oppoſitum dicēdum
ad primam reſpondetur negan
do conſequenciam · ⁊ racio eſt ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

licet filius dei venturus erat in p̄
mo aduentu infirmitate carnis
venturus tn̄ erat in virtute dei
qd̓ manifeſtandū erat per mira
cula · Unde yſa. xxxv. ait ꝓphe-
ta Deus ipſe veniet et ſaluabit
nos tunc aperientur oculi cecoꝝ
et aures ſurdoꝝ patebūt tūc ſa-
liet ſicut ceruus claudus ꝛc·
¶ Ad ſecundam reſpondetur ne
gando aſſumptū · dicim⁹ em̄ ꝙ
a nullo ſanctoꝝ fcā fuerūt mira
cula ꝓpria virtute ſicut a xp̄o fcā
ſūt · Unde manifeſtū argumētū
fuit ſue diuinitatis et ꝙ ipſe erat
qui venturus erat ſaluatoꝛ mun
di.

Ad terciam queſtionem
qua queritur vtrum Jo·
fuit plus ꝙ̄ ꝓpheta pro
ceditur ſic Beatus ioh̄ · nō fuit
ꝓpheta vt ipſe dicit de ſeipſo Jo
hannis · i · ergo nō fuit pl⁹ ꝙ̄ ꝓ
pheta · ¶ Secūdo · ſic · Math · xi ·
dicit · Lex et ꝓphete vſ ꝗ iohānē
ergo videtur ꝙ ioh̄ · nō fuerit ꝓ
pheta · ¶ Tercio ꝓpheta dicitur
qui procul in futurū fatur · ſ; bea
tus ioh̄es nō ꝓphetauit procul
de xp̄o in futurū ſed p̄ſentē digi-
to oñdit . ergo videtur ꝙ nō p̄ōt
dici ꝓpheta · ¶ In oppoſitum eſt
p̄ſens euangelium ¶ Rn̄deo di
cendū ſub iſta cōcluſione ꝙ bea
tus ioh̄ . fuit ꝓpheta et pl⁹ ꝙ̄ ꝓ-
pheta · patet cōcluſio primo teſti
monio xp̄i · Secūdo ſic ꝙ fuerit
ꝓpheta · dicitur Luce · i · Tu pu-
er ꝓpheta altiſſimi vocaberis ·
qd̓ vero fuerit plus ꝙ̄ propheta
patet p̄mo ꝗꝛ ꝓphete eſt futura
p̄dicere · iſte autē nō ſolum futu
ra ſed eciam p̄ſencia oſtendit di
cens · Ecce agnus dei ꝛc · Hec cō
tangitur in ympno cum dicit Ce-
teri tantū cecinere vatum corde
p̄ſago iubar affuturū · tu quidē
mūdi ſcelus auferentē indice ꝓ
dis . Secūdo quia ante vſum vi
te motum oſtendit prophete Lu
ce · i · Ut facta eſt vox ſalutacōis
tue in auribus meis exultauit i
gaudio infans in vtero meo .
Tercio quia nō ſolum propheta
ſed baptiſta chriſti fuit . Quar
to quia ſuper hoc ꝙ propheta fu
it · fuit eciam precurſoꝛ chriſti ·
Luce primo Preibis enim ante
faciem domini parare vias eius
Quinto ſic . quia ſicut chriſtus
prophetiſatus eſt ab eo et ab a-
lijs prophetis ita beatus iohan-
nes ab alijs prophetis nuncia-
tus eſt · Unde ſaluatoꝛ ipſe vo-
lens oſtendere qualiter iohan-
nes plus ꝙ̄ propheta fuiſſet ſta
tim ſubdit : Hic eſt de quo ſcrip
tum eſt ſcilicet Malachie · iij ·
Ecce mitto angelum meum an-
te faciem tuam · ſunt verba pa-
tris ad filium . ¶ Ad racōnes
in oppoſitum . Ad primam reſpō
detur negando antecedens · ad
probacionem dicimus ꝙ iohan
nes non negauit ſe eſſe prophe
tam abſolute . nec prophetam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

miſſum ante xp̄m: ſed negauit
ſe eſſe illum ꝓphetam de quo lo-
quitur ſcriptura Deut. xviij. ꝓ
phetam ſuſcitabit vobis de9 de
fratribus veſtris ꝛc. que quidem
auctoritas ſm̄ veritatem intelli-
genda eſt ad litteram de criſto
licet iudei vt dicit magiſter ni-
colaus de lira intelligant de alio
ꝓpheta: ¶ Ad ſecūdam rn̄det
negādo ꝯſeqncīā et ad auctorita
tem Math. xi. reſpondetur ꝙ
ꝑ illud verbū nō eſt intelligen-
dum ꝙ poſt ſe nō fuerint alij ꝓ-
phete cum deus dicat Mathei.
xxiij. Ecce mitto ad vos ꝓphe-
tas et ſcribas ꝛc. Itē lu. ij. Anna
ꝓphetiſauit ſed ideo dicitur lex
et ꝓphete vſ ꝗ ad Joh. quia in
lege ꝛ ꝓphetis veritas de criſto
erat ſub figuris et enigmatibus
tradita ſed a iohe eſt manifeſte
oſtenſa dicente. Ecce agnus dei
ꝛc. ¶ Ad terciam reſpondet iux
ta albertum ꝙ ꝓpheta capit du
pliciter vno mō ſtricte et ꝓprie.
ſcꝫ quī ꝑeul in futurum fatur de
verbo ꝛ ſacramentis et hoc acci-
pitur ꝑ diuinam inſpiracōnem.
Alio mō dicitur ꝓpheta large. ſ.
habens diuinam inſpiracōnem
de verbo et ſacramētis eius ꝛ ho
mō beatus Joh. fuit ꝓpheta et
nō ꝑmo mō.

¶ In dn̄ica quarta legitur euā-
gelium in illo tp̄e Miſerūt iu-
dei a iheroſolimis ꝛc. Jo. i. Cir
ca quod ꝑnt diſputari ſequētes
queſtiōes. ¶ Prima eſt vtrū be
atus ioh. bene reſpōdit ad iter
rogacōnem ſacerdotum ꝛ leuita
rum querencium tu quis es.
¶ Secunda eſt: vtrum fuerit cō
ueniēs iohez baptiſare. ¶ Ter
cio vtrum cōueniens fuit vt cri
ſtus inter homines conuerſare-
tur.

Ad p̄mam queſtionem
in qua queritur vtrum
beatus Joh. bene reſpō
dit ad interrogacionem ſibi fac
tam per ſacerdotes ꝛ leuitas. tu
quis es. et videtur ꝙ nō. ¶ Pmo
in hoc ꝙ reſpondit nō ſum ego
xp̄t. cum de hoc nō videatur fuiſ
ſe interrogatus. ¶ Secundo vi
detur male reſpondiſſe cum dix
it ſe nō eſſe helyam cum Mat.
xi. Xp̄c dicat de eo ipſe eſt hely-
as ¶ Tercō videt male rn̄diſſe
cū interrogatus ſi eſſz ꝓpheta rn̄-
dit ſe nō eſſe ꝓphetā. ¶ Quar
to videt male rn̄diſſe cū interro-
gatus dicat ſe eē vocē clamātis
in deſerto. ¶ In oppoſitum eſt
ꝙ ioh. cū eſſz repletus ſpū ſcō ex
vtero mr̄is fuer ꝛ ꝑ ꝯn̄s illūmat9
a deo nō rn̄deret niſi bn̄. ¶ Ad
rōnes in oppoſitū rn̄det ad p̄mā
dr ꝙ licet expſſe nō fuerat inter
rogatus an eſſz xp̄c. iſta tn̄ erat
intēcio illoꝝ q̄rendi et ſciēdi an
eſſz xp̄c cū enī tp̄e q̊ viuebat io.
eſſz famoſa opio ꝛ maxie in ihe
ruſalē vbi vigebat ſtudiū leg̃s
ꝛ ꝓphetaꝝ ꝙ temp9 aduentus

meſſie eſſet de ꝓximo et meſſiā
de ꝓximo expectabāt. Preterea
videbat Joh· baptiſte mirabi-
lem natiuitatē et eius excellētē
ſanctitatē. ideo erāt moti ad o-
pinandū ipſum eſſe chriſtum ꝓ-
pter quod miſerūt ſolempnio-
res nūcios ad Joh· volētes ſuper
hoc ſcire voluntatē eius et ita recte
beatus Joh· dicens ſe nō eſſe cri-
ſtum reſpondit intencioni eorū
hoc enī querebant tu quis es vt
reſponderet eis ſi eſſz chriſt9 vel
nō· ¶ Ad ſecūdā dicitur ꝙ optie
reſpondit negando ſe eē helyam
q̃a ita erat in veritate ꝙ nō erat
helyas in ꝑſona· Xpus autē dix-
it eum helyam nō in ꝑſona ſed
in ſpiritu ⁊ virtute quia ſcz ſimi-
litudinem helye in ſuis operibuſ
demonſtrabat et hoc ſpecialiter
in tribus· Primo in officio quia
ſicut helyas ſcd̄m dm̄ aduētū ꝓ-
ueniet. Ita Joh· preceſſit primū
Unde angelus dixit. ipſe prece-
det ante illum· Secundo in au-
ſteritate vite quia helyas in de-
ſerto morabatur. parce vtebat'
cibo et duris veſtibus operiebat'
vt dicitur. iiij· Re· Ita Joh. in de-
ſerto eſca ei9 erāt locuſte ⁊ mel
ſilueſtre et zona eius de capillis
camelorū. Tercio q̄tum ad zelū
q̃a helyas maximi zeli fuit· Un-
de dicebat iij· Re. xix· Zelo zelatuſ
ſū· ſic et Joh· zelo veritatis mor-
tuus eſt· ¶ Ad terciam reſpōde-
tur ꝙ bene reſpōdet negādo ſe
eſſe prophetam. Negauit quidē
ſe eſſe prophetam nō abſolute ſʒ
illum excellentiſſimū de quo ipſi
querebāt et de quo ſcriptura lo-
quitur Deut· xviij· Suſcitabit
vobis dn̄s prophetā de fratrib9
veſtris ⁊c. que ſcriptura ad lr̄am
eſt intelligenda de chriſto· vel
negauit ſe eē prophetā ꝙ nō fu-
it propheta ſimpliciter ſiue tātū
ſed plus q̄ propheta· Alij nāqꝫ
prophete ſola futura predicebāt
et a remotis Joh· vero xp̄m p̄ſen-
tē nūciauit digito oſtendens. d·
Ecce agn9 dei ecce qui tollit pec-
cata mūdi. ¶ Ad quartā reſpon-
detur ꝙ eciā bene reſpōdit dicēs
ꝙ eſſz vox clamātis in deſerto ⁊c.
Btūs enī Joh· cū eſſz deuotiſſi-
m9 adimplēs qd̄ aplūs dicit ad
Gal· ij· ſcz viuo ego iā nō ego ſʒ
viuit i me xp̄c nō rn̄dit ego ſū
filius Zacharie vel tal' et tal' . ſʒ
illud in quo xp̄m ſequebatur.
Unde dixit ego vox clamātis ⁊c
dicit autem ſe vocē eē· quia vox
origine poſterior eſt verbo· ſʒ no-
ticia prior· Nam verbū in corde
cōceptum per vocem prolatū cog-
noſcimus cū ſit ſignū eius De9
aūt p̄r p̄curſorē miſit Joh· in tē-
pore factū vt verbū ſuū ab eterno
ↄceptū ānūciaret et iō cōgrue dt
Joh· Ego vox clamātis in deſer-
to ſcz iudee dirigite viā dn̄i ideſt
ego ſū ille de quo ſcriptura ſācta
loquit' Yſa· c· l· ego vox clamā-
tis i deſto vt hōies ſe ad aduētū

xpi in mūdū ꝑparacēt et ſic patz
ꝙ Joh̄ · in omnib9 bene reſpon
dit ad interrogacōnē ſibi factā
tu quis es ·

Ad ſecundam queſtionē
qua queritur vtrum fu-
it conueniens Joh̄ . bap
tiſare ſic proceditur et videtur ꝙ
nō · Primo ſic . Omnis enī ritus
ſacramentalis ad aliquā ptinet
legem ſed Joh̄ . non introduxit
nouam legē . ergo incōueniens
fuit ꝙ Joh̄ · nouū ritum baptiſā
di introduceret . ¶ Secundo ſic ·
Joh̄ · fuit miſſus a deo in teſti-
monium tamꝗ̄ propheta ſm il-
lud Luce . i · Tu puer ꝓpheta al
tiſſimi vocaberis Sed ꝓphete q̄
fuerūt ante xpm nō introduxe-
runt nouum ritum ſed ad obſer
uanciā legaliū inducebāt vt ptz
Malh̄ . vltīo · Memētote moy
ſi ſerui mei . ergo nec Jo · nouū
ritum baptiſandi inducere debu
it · ¶ Tercio ſic · Vbi eſt alicui9
rei ſupfluitas nō eſt ad illud ali
ud addendum ſed iudei excede-
bant in ſupfluitate baptiſmatū
vt dicitur Marci · vij · Q2 pha
riſei ⁊ omnes iudei niſi crebro la
uent manus nō manducāt et in
ſero niſi baptiſent nō cōmedūt
et alia multa que tradita ſūt illꝭ
ſeruare vt baptiſma calicū · ⁊c ·
ergo incōueniēs fuit ꝙ Jo · bap
tiſaret · ¶ Quarto ſic baptiſm9
Joh̄ · nō videtur eſſe a deo ergo
incōueniens fuit Joh̄ · talez ritū

introducere · ꝯſequēcia patet an
tecedēs probatꝰ ſic · nihil enim ſa
cramentale qd̄ eſt a deo denomi
natur ab hōie puro · Vnde bap-
tiſmus noue legis nō dicitꝰ petri
aut pauli . ſed baptiſmus deno
minatur a Jo · Dicitꝰ enī baptiſ-
mus Joh̄ . ergo nō eſt inſtitut9
a deo · ¶ Quinto ſic . Alia ſacra
menta nō habuerūt aſſuefacto-
ria · ergo nec baptiſmus xpi de
buit habere baptiſmū Joh̄ · vt
aſſuefaceret homines ad baptiſ
Nam ſicut dictū eſt in bethelē

natus eſt ita iheruſalem elegit
vt in eam ſedem regni cōſtitueret et templū dei edificaret et ſic
iheruſalem eſſꝫ ciuitas ſit regalis
et ſacerdotalis. Sacerdociū autem xp̄i ⁊ eius regnum precipue
cōſummatū eſt in eius paſſione
et ideo conuenienter xp̄c elegit
bethleem natiuitati et iheruſalem paſſioni ſīliter eciā ꝑ hoc hominū gloriā cōfutauit qui gloriantur de hoc ꝙ ex ciuitatibus nobilibus originem ducūt in quibus et p̄cipue volūt honorari. criſtus autem ecōuerſo in ciuitate
ignobili naſci voluit et in ciuitate
pati nobili ob ꝓbriū ¶ Ad ſecūdam reſpōdetur negando conſequenciam et racō eſt. quia xp̄us
florere voluit ſ̄m virtuoſam cōuerſacionem nō ſ̄m carnis originē et ideo in ciuitate naſareth
educari voluit et nutriri. in bethleem autem voluit quaſi ꝑegre
naſci Ad alias autem racōes de
tempore ex hijs que diximus clara patet rn̄ſio

¶ Circa euangelium ſecūdum
quod in aurore legitur in ſecunda miſſa. ſcilicet In illo tempore
Paſtores loquebantur ad inuicem ⁊c. Luce. ij. vbi de paſtoribus fit mencio quibus per angelum facta fuit annunciacō natiuitatis chriſti poſſunt queri ea
que ſequuntur. ¶ Primo vtrū
conuenienter paſtoribus p̄mo

manifeſtata eſt natiuitas xp̄i.
¶ Secūdo vtrum cōferencia illa
qua dicitur Maria erat cōferēs
que audierat fuerit cōferēcia ali
cuius dubitacōnis.

AD primam queſtionem
qua queritur vtrum cō
uenienter paſtoribꝰ pri
mo manifeſtata ē natiuitas xp̄i
ſic procedi tur et videtur ꝙ nō Pri
mo ſic debuit p̄mo manifeſtari
natiuitas xp̄i illis qui ꝓpinqui-
ores xp̄o fuerunt ſed iuſti ꝓpin-
quiſſimi erāt xp̄o ꝑ fidem et max
ime eius aduentum deſiderabāt
Vnde dicitur de ſimeone. Lu. ij.
Q erat homo iuſtus et timora
tus expectans redempcionē iſrl
ergo prius debuiſſet manifſtari
xp̄i natiuitas Symeoni ꝙ̄ pa-
ſtoribus et magis. ¶ Secundo
ſic. Omnia ſecramenta veteris
legis erant xp̄i figura ſed ſacra-
menta veteris legis diſpenſabā-
tur per miniſterium ſacerdotum
ergo xp̄i natiuitas magis debu
it manifeſtari ſacerdotibꝰ in tē
plo ꝙ̄ paſtoribus in agro. Ter
cio reges fūt p̄ aliis honorandi.
iuxta illud. i. petri. ij. Regem ho
norificate. ergo regibꝰ magis p̄
us xp̄i natiuitas erat manifeſtā
da. ¶ In oppoſitum eſt euāge-
lium p̄ſens et eciam quia omīa
a deo ordinata ſunt ſapienter
et cōuenientiſſime diſpoſita
¶ Reſpondeo dicendum ſꝫ qua
tuor cōcluſionibus ¶ Prima eſt
neceſſe fuit vt xp̄i natiuitas ali
quibꝰ manifeſtaretur. Iſta con
cluſio ꝓbatur ex eo ꝙ xp̄i natiui
tas nulli fuiſſꝫ ꝓficua ſi omnibꝰ
fuiſſet occulta ſed oportebat xp̄i
natiuitatē eē proficuā alioquin
fruſtra natus fuiſſet. ergo vide
tur ꝙ aliquibꝰ manifeſtari de-
buit chriſti natiuitas. Secūda
eſt ꝙ ↄuenientiſſime electi ſunt
quibꝰ chriſti natiuitas erat mā-
nifeſtanda. Iſta concluſio p̄mo
patet ex illo Ioh. xiij. Ego ſcio
quos elegi que autē ſiāt ſm̄ dei
ſapienciam cōuenienter ſūt. er
go cōuenienter ſūt electi quibꝰ
eſt manifeſtata xp̄i natiuitas.
Secunda ſic. Salus que erat fu
tura ꝑ chriſtū ad omnē diuerſi-
tatē hominū ꝑtinebat. q̄a ſicut
dicitur col. iij. in chriſto non eſt
maſculus et femina gentilis et
iudeus ſeruus et liber et ſic de a-
liis hmōi et vt hꝰ in ipſa xp̄i na
tiuitate p̄figuraretur omnibꝰ con
dicōibꝰ eſt manifeſtatus quia
vt dicit Augꝰ. in ſermōe de epi
phania. Paſtores erāt iſrahelit-
te. Magi gentiles. iſti prope. il
li longe. vterqꝫ tamꝙ̄ ad angu-
larem lapidem cucurrerunt. fuit
eciā inꝰ eos alia diuerſitas. nā
magi fuerunt ſapiētes et poten
tes. paſtores autem ſimplices
et viles Manifeſtatꝰ eſt eciam
iuſto Symeoni et anne et pecca
toribus ſcꝫ magis manifeſtatꝰ
eſt eciam viris et mulieribus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcȝ anne vt ꝑ hoc oſtenderetur
nullam condicionem hominum
excludi a chriſti ſalute. Tercia
concluſio inter omnes iſtos con
uenienter primo manifeſtata ē
chriſti natiuitas paſtoribꝰ. Iſta
ꝯcluſio oſtenditur triplici racō
ne. primo erant ſimplices abſqȝ
cautelis malicie occupati in offi
ciis ſanctorum patriarcharum
qui dicuntur fuiſſe paſtores. ge
neſ. xlvii. Talibus enim ſolent
diuine illuminaciones et ꝯſola
cōnes reuelari et nō hoībꝰ in ſa-
piencia huius mundi. que ſtul-
ticia eſt apud deum occupatis
ẜm qđ dicit ſaluator Math. xi.
Confitebor tibi dn̄e pater celi et
terre: quia adſcōdiſti hec a pru
dentibus et ſapientibus et reue
laſti ea ꝑuulis. Secūda racio qꝛ
illa manifeſtacō xp̄i natiuitatis
fuit quedā ꝑlibacō plene mani
feſtacōis que erat futura et ſi-
cut in ſecunda manifeſtacōne.
primo ānūciata eſt gracia criſti
per chriſtum et eius apoſtolos
iudeis et poſtea gentilibꝰ ita ad
chriſtum. primo peruenerūt paſ
tores qui erant primicie iudeo-
rum tanq̄ ꝓpe exiſtentes et poſ
tea venerūt magi a remotis qui
fuerunt primicie gencium. vt di
cit Auguſ. Tercia racō eſt quia
per hos paſtores ſignificantur
doctores eccl̄e quibus chriſti mi
ſteria reuelantur que latebant
iudeos. Quarta concluſio con-
uenienter paſtoribus manifeſ-
tata eſt chriſti natiuitas ꝑ ange
los. patet iſta concluſio ſic deu.
xxxii. Dei perfecta ſunt opera: ſꝫ
talis manifeſtacio fuit opus di
uinum. ergo per ꝯueniencia ſig
na fuit effecta. ¶ Secundo ſic.
ſicut manifeſtacio ſilogiſtica fit ꝑ
ea que ſunt magis nota ei cui ē
aliquod manifeſtandum ita ma
nifeſtacō que fit per ſigna debe-
ret fieri per ea que ſunt familia-
ria illis quibus manifeſtatur ⁊
quia iudei ꝯſueti ſunt diuina
reſponſa per angelos accipere ꝑ
quos eciam legem acceperunt.
ẜm illud Act. vii. Accepiſtis legē
in diſpoſicione angelorum. gen
tiles vero et maxime aſtrologi
conſueti ſunt ſtellarum curſus
aſpicere ideo paſtoribus tanq̄
iudeis apđ quos frequenter fac
te ſunt apparicōnes angelorum
reuelata eſt chriſti natiuitas per
angelos. Magis autem aſſue-
tis in conſideracōne celeſtiū cor
porum manifeſtata eſt ꝑ ſignuȝ
ſtelle. Eſt et alia racō Gregorii i
omelia. Iudeis tanq̄ racōne vtē
tibus racōnale animal. ideſt an
gelus predicare debuit. Genti-
les vero qui vti racōe neſciebāt
ād cognoſcendum deum nō per
vocem ſed per ſigna perducunt͛
¶ Ad racōnes in oppoſitum ad
primam reſpondetur iuxta ſāc-
tum Thomam qꝛ racō nō proce
dit. et racō eſt quia ſicut aplūs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicit ad Ro· ix· Iſrahel ſectando
legem iuſticie in legem iuſticie
nō puenit: ſed gentiles qui nō
querebant iuſticiam iudeos cō-
uenienter in iuſticia fidei puene-
rūt et in huiuſmodi figurā Sy-
meon qui expectabat cōſolacio-
nem Iſrahel vlnis xp̄m natum
cognouit et preceſſerūt eū magi
et paſtores qui xp̄i natiuitatem
nō ita ſollicite expectabant·

¶ Ad ſecūdā r̄ndet̄ negando cō-
ſequenciam · et racō eſt qꝛ vt d̄t
Criſo· Angelus manifeſtans cri-
ſti natiuitatem nō iuit Iheroſo-
limam non requiſiuit ſcribas et
phariſeos . erant em̄ corrupti ⁊
pre inuidia cruciarētur: ſed paſ-
tores erant ſinceri anteq̄ꝫ cōuer-
ſacionem patriarcharū et moy-
ſi colentes· per hos em̄ paſtores
eciam ſignificantur doctores ec-
cleſie quibus xp̄i miniſteria re-
uelantur et ex iſto patet r̄nſio·

¶ Ad t̄ciā p̄lati em̄ et doctores
eccleſie p paſtores deſignati regi-
bus preferuntur

AD ſecundam queſtionē
qua queritur vtrum cō-
ferencia illa qua beata
Maria dicitur cōferēs in corde
ſuo fuerit cōferencia alicui9 du-
bitacōnis aut queſtionis in mē-
te ſuper illis que audiebat

¶ R̄ndetur qꝛ nō ſed erat delecta-
bilis et admirabilis cōtemplacō
et prudentiſſima attencio quo-
modo pphecīe implebant̄ in pu-
ero nato Cōferebat enim vt ait
Beda qꝛ acta videbantur cōfor-
mia hijs que agenda legerat ·
Videbat namqꝫ ſe de ſtirpe da-
uid ortam in naſareth d̄ ſpiritu
ſancto cōcepiſſe legerat pphecīā
Yſa· c· xi· Exiet virga de radice
yeſſe et naſarenus de radice ei9
aſcendet et requieſcet ſup eā ſpi-
ritus domini· legerat eciam ſcꝫ
michee· v· et tu bethleem eufra-
ta nequaq̄ꝫ puula es in milib9
Iuda ex te enim egredietur qui
ſit dominator in iſrahel et egreſ-
ſus eius ab inicio a diebus eter-
nitatis videbat ſe in bethleē pe-
periſſe filium ⁊ vocaſſe nomē ei9
Iheſū . Legerat in pphetijs yſa.
vij· Ecce virgo cōcipiet et pariet
filium et vocabitur nomen eius
emanuel· Legerat ſcꝫ Yſa· Bos
cognouit poſſeſſorem ſuum et a-
ſinus p̄ſepe domini ſui . Videbat
dn̄m in preſepe quo bos et aſin9
ſolet nutriendus aduenire Me-
minerat ſibi dictum ab angelo
Luce· i· Spiritus ſanctus ſuper-
ueniet in te: et virtus altiſſimi
obumbrabit tibi , ideoqꝫ quod
naſcetur ex te ſanctum vocabi-
tur filius dei . Legerat modum
natiuitatis eius non niſi reuelā-
te angelo potuiſſe cognoſci di-
cēte· Yſa· liij. Generacionē ei9
quis enarrabit· Legerat ſcilicet
michee· iiij· et tu turris nebulo-
ſa filie ſyon ad te veniet ⁊ veniet



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

poteſtas p̄ma regnum filie ihe
ruſalem ·audiebat angelicas v̄-
tutes que ſunt filie ſupne ciuita
tis apparuiſſe paſtoribus in lo-
co quia cōuentu pecorꝝ antiqui-
tus turris gregis vocabat̄ et eſt
vno miliari ad orientem bethle
em vbi etiam nūc tria paſtorū
illorꝝ monumenta in ecctīa mon-
ſtrant̄· Nouerat tūc in carne ve-
niſſe dn̄m cui vna eterna eſt cū
patre maieſtas qui regnum da-
ret ecctīe filio ſcꝫ celeſti iheruſalē
Cōferebat ergo Maria hec que
ſiēda legerat cū hijs que iam fc̄a
cognouit ¶ Non tamen hoc ore
promens ſed clauſo ſeruans in
corde ·hec autem collacio non ſo
lum fuit beatiſſime virgini val-
de delectabilis ſed etiam toti ec-
cleſie ſumme vtilis. quia ſm̄ q̊d
dicit Ihero· in ſermone de aſſump
cione beate virginis· Nam poſt
aſcenſionem filij remanſit ad tē
pus in terris cum apoſtolis vt
eos plenius inſtrueret de verbo
incarnato de quo erat plenius
edocta per ſpiritū ſanctū et fami
liarius viderat et tractauerat de
quibus apoſtolos plenꝰ inſtru
ebat de verbo incarnato propter
quod melius exprimere poterat
ſm̄ q̄d dicit Ihero. Quod meli-
us nouimus melius proferimꝰ
et tantum pro nunc de iſta con-
cluſione

¶ Euangelium in tercia miſſa
eſt· In principio erat verbū Io·
p̄mo. Circa q̄d pōt diſputari ſe
quens queſtio· ¶ Vtrū vera ſit
iſta ꝓpoſicio Verbū caro factum
eſt ⁊c̄·

CIrca quam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ non· Primo ſic· De
quocūqꝫ predicatur id q̄d ipſum
dicitur eſſe factum ſed verbū nō
eſt caro ergo nō eſt factum caro
ↄn̄a patet ſi dicas ꝙ ibi ps poni
tur pro toto·i· ꝓ homine vt ſit
ſenſus. Verbū hō factū eſt· tunc
quero quare euangeliſta ſolam
nominauit carnē. ¶ Secūdo da
to ꝙ ibi caro ponatur pro homīe
vt caro factū eſt. ideſt homo; Ar
guit̄ ꝙ hoc ſit falſū· quia homo
ſignificat ſubſtanciā fieri homi-
nē eſt fieri ſimpliciter ſ3 hº ē fal
ſum deus factus eſt ſimpliciter.
ergo hoc eſt falſum· deus factus
eſt homo· ¶ Tercio ſic· Fieri ho
minem eſt mutari ſed deus nul
lo modo poteſt dici mutatus· Di
citur enim malachie ·iij· Ego do
minus et nō mutor· ergo videt̄
ꝙ hec propoſicio ſit falſa deus fa
ctus eſt homo· ¶ Quarto. hoc
nomine homo nō poſſūt intelligi
niſi duo ſcꝫ natura hūana ⁊ ſup
poſitum nature ſed dicta ꝓpoſicō
non poteſt verificari racōne hu-
mane nature. quia deus nunꝙ̄
eſt vel fuit humana natura ſimi
liter nec ex parte ſuppoſiti quia
hoc nomen homo quod de criſto

predicatur nō importat niſi ſup
poſitum eternum filij ſed ſeper
fuit verum dicere ꝙ deus eſt per
ſona filij · ergo nullomodo pt il
lā ꝓpoſicō verificari quia falſum
eſt ꝙ deus ſit factus perſona fi
lij ergo ꝛc · ¶ In oppoſitum eſt
euāgelium preſens vbi dicitur ·
Verbum caro factum eſt · ¶ Re
ſpōdeo dicendum ꝓ cōcluſione
ꝙ ꝓpoſicō illa eſt vera Verbum
caro · ideſt homo factū · ſicut dicit
in ſimbolo fidei et homo factus ē
que cōcluſio ꝓbatur ſic · Omne
qđ eſt et nō fuit prius dicitur eē
factum : ſed hec eſt vera deus eſt
homo ⁊ nō fuit ſemꝑ vera : qꝛ nō
cōuenit deo eſſe hominē ab eter
no ſed ex tpe ꝑ aſſumpcionē hu
mane nature . ergo hec eſt vera
deus fact9 eſt homo · Pro quo no
tandum ꝙ cū dicit verbum ſiue
deus factus eſt homo . hoc parti
cipiū factus tripliciter ſe pt hr̄e
in locucōne iſta . vnomō ꝙ fera
tur ad totam ꝓpoſicōnem vt ſit
ſenſus factum ē ꝙ deus ſit hō ⁊
ſic vera eſt illa ꝓpoſicō · Secūdo
ꝙ dictum participiū factus pōt
determinare abſolute ſubiectū
vel predicatum et qđcumqꝫ eorū
determinat ꝓpoſicō eſt falſa : qꝛ
nec deus eſt factus nec hō ille de
monſtrato xp̄o eſt fcūs niſi ad
datūr aliquid qꝛ ſupponit ſup
poſitum eternum · Tercīo dictū
participium poteſt determinare
ſubiectū in cōparacōne ad p̄di
catū ſic locucō vera eſt · ¶ Nec ob
ſtat ꝙ videtur ponere fieri circa
deū quia hoc fieri qđ ꝑticipiū im
portat nō eſt niſi fieri racōis vt
dicemus infra in reſponſiōe ad
argumēta · ¶ Ad racōes in oppo
ſitū ad p̄mā rn̄detur ꝙ ibi caro
ponitur ꝓ hoīe ſicut ꝑs ꝓ toto ſi
cut Yſa · xl · Videbit omnis caro
ſalutare dei quemadmodū aliqn̄
anima ponit ꝓ toto homine Ge
neſ · xlvi · Omnes anime que e
greſſe ſunt in egiptū ꝛc · Et ad
queſtionem que mouet q̄re euā
geliſta ſolam carnem nomina
uit ad hoc reſpondetur ꝙ multi
plici racōe · Primo quia per car
nem viſibilis apparuit vnde ſub
ditur · vidimus gloriam eius ꝛc
Secūdo vt oſtenderet per locum
a minori nihil in hominis natu
ra eſſe ꝙ verbum dei nō aſſump
ſerat · Tercīo ad oſtendendā ve
ritatem incarnacōnis cōtra ma
nicheos qui dicebant verbū nō
aſſumpſiſſe veram carnem ſꝫ fā
taſticam tantum · ⁊ ideo ad hoc
excludendum fecit mencōnē ſpe
cialiter de carne · Quarto ad de
monſtrandum magnitudinem
benignitatis conſtat enim ꝙ a
nima racionalis magis confor
mis eſt deo q̄ꝫ caro · equidē mag
num pietatis ſacramentū fuiſſꝫ
ſi verbū aſſumpſiſſꝫ animā hūa
nā vtpote ſibi magis conformē
ſed aſſumere eciā carnē elonga
tā a ſingularitate diuine nature

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fuit multo amplioris ymmo ine
ſtimabilis pietatis indiciū ſm
qd̓ dicit apl̃s .i. thi. iij. et mani
feſte magnū eſt pietatis ſacra-
mentum qd̓ manifeſtum eſt in
carne. ¶ Ad ſcd̓am ꝯone rn̄detur
negando ꝯnam. et racō eſt quia
licet fieri hominē ſit fieri ſimplici
citer in omnibus hijs in quibus
humana natura incipitur eſſe in
ſuppoſito de nouo creato deus di
citur factus homo eo ꝙ humana
natura incipit eē in ſuppoſito di
uine nature ab eterno p̄exiſtēte
et ideo deū fieri hominē nō eſt de
um fieri ſimpliciter. ¶ Ad terciā
reſpondetur negando vniuerſa-
liter aſſumptum. dicimus em̄ ꝙ
qn̄ aliquid p̄dicatur de nouo de
altero cum mutacōe eius de quo
dicitur tūc fieri eſt mutare ſicut
ꝯuenit in hijs que abſolute di-
cuntur ea vero que relatiue dicun
tur pn̄t de nouo p̄dicari de aliq
abſqꝫ eius mutacōe ſicut homo
de nouo fit dexter abſqꝫ eius mu
tacione ꝑ motū illius qui fit ei ſi
niſter. Unde in talibus nō opor
tet omne quod dicitur fieri eſſe
mutatum ꝙ hoc p̄ot accidere per
mutacōnem alteriꝰ. Et ꝑ hunc
modum dicimus dn̄s refugiū fa
ctus eſt nobis eē autem hominē
p̄dicat̉ de nouo de deo abſqꝫ eiꝰ
mutacione. ꝑ mutacōem huma-
ne nature que aſſumitur ad di-
uinam ꝑſonam. et ideo cum dici
tur deus factus eſt homo nō in-
telligitur aliqua mutacio realis
ex ꝑte dei ſed ſolum ex ꝑte hūa-
ne nature. ¶ Ad quartā rn̄detur
ꝙ racō nō p̄cedit. dicimꝰ em̄ ꝙ
ꝓpoſicō illa verificat̉ racōe vtri-
uſqꝫ ſimul ſcȝ ſuppoſiti et nature
ꝗuis em̄ illud ſuppoſitū ſemper
fuerit nō tamē ſemꝑ fuit ſuppo
ſitū hūane nature ſm qd̓ ſignifi
catur ꝑ hoc nomē homo

¶ Circa dn̄icam infra octauas
natiuitatis dn̄i ē euāgeliū. In illo
tempore Ioſeph et Maria mat̉
Ihesu mirantes ꝛc. Luce. ij. pn̄t
diſputari ſequētes queſtiones.

¶ Prima vtrum ſit verū ꝙ xp̄us
ſit poſitus in ruinā multorum.

¶ Secūdo vtrum beata Maria
ita gladio compaſſionis mortis
xp̄i fuerit ſic ꝑforata vt vere mar
tir xp̄i appellari poſſit

Ad p̄mam queſtionem
quā queritur vtrum ſit
verū ꝙ xp̄c ſit poſitus in
ruinā multorum ſic proceditur ꝛ
videtur ꝙ nō. Primo ſic. Xp̄us
nūꝗ̄ prebuit occaſionem ruine
alicui ex aliquo dicto vel fcō ſuo
ergo non fuit poſitus in ruinam
alicuius. ꝯn̄a eſt bona ꝛ aſſump
tum patet quia p̄bere occaſionē
ruine alicui eſt ꝯtra caritatē
et ita peccatum. Xp̄c autem pec-
catum non fecit nec inuētus eſt
dolus in ore eius ¶ Secundo ſic
Xpriſtus poſitus eſt a deo patre
in lucem gencium vt ſit ſalus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vſq₃ ad extremū terre Yſa xlix.
ergo nō eſt poſitus in ruinā ali=
cuius. Tercio ſic. xp̄us venit vt
homines vitam habeant vt ipē
dicit Joh. iiij. ergo nō eſt poſit⁹
in ruinam mortis alicuius ergo
nō videtur verum q̄ poſitus ſit ī
ruinam. ¶ Quarto qui occaſi=
onem dampni dat dampnū de=
diſſe videtur: ſed ſi xp̄c eſt poſi=
tus in ruinam multoꝝ ipſe vi=
detur eſſe cauſa peccati hominū.
¶ In oppoſitum eſt euāgelium
hic et Yſa. viij. et. i. petri. ij. di=
citur de xp̄o q̄ erat in lapidē ꝫ of
fenſionis et in petram ſcandali.
¶ Reſpōdeo dicendum q̄ euan
geliſta dicit verum q̄ xp̄c poſit⁹
eſt in ruinam multorum: ſed di
uerſimode ſm̄ duas expoſicōes
exponitur eīn dupliciter ille tex=
tus. vnomodo ſm̄ glo. quandā
ideſt in ruinam multorum ſcili=
cet viciorum et in reſurreccionē
virtutum plane hoc verum eſt.
ipſe enim eſt cui in pſona Jhe=
remie dictū eſt Jhere. i. A deo pa
tre ecce cōſtitui te ſup gentes et
regna vt euellas ſcꝫ vicia ꝛ plā
tes virtutes vbi inquit glo. nō
enim poterāt edificari bona niſi
deſtructa exiſterēt mala nec plā
tari optima niſi radicarētur pſſi
ma. Vnde Math. xv. Oꝫ om=
nis plantacō quam nō planta=
uit pater meus celeſtis eradica
bit. Alio mō exponitur reſpectu
hominū malorum et tūc dicit̄ q̄
eciam dictum eūangelij eſt verꝫ
ad iſtum intellectum ſcꝫ q̄ poſi=
tus eſt in ruinam multorū non
q̄ dicto aut facto ſuo minus rec
te prebuerit occaſionem ruine
alicui: ſed quia ex doctrina et o=
peribus ſanctis ſuis multi mali
ex malicia ſua occaſionem rece=
perunt ruine Vnde ſcūs Tho. in
iiij. diſt. xxviij. inquit qd̄ q₃ ali=
qui ex factis vel dictis xp̄i ſump
ſerunt occaſionem ruine dicitur
eſſe poſitus in ruinā ꝛ in ſcāda=
lum nō q̄ ipſe dederit aliquam
vel modicam occaſionem ruine
Vn̄ nō legit̄ q̄ aliq̊s ſcandaliſa
uit ſed q̄ aliq̄ ex dictis vel factis
eius ſcandaliſati ſunt. ¶ Ad ra
ciones in oppoſitum ad primam
reſpondetur negando ꝯſequen=
ciam et ad pbacionem dicim⁹ q̄
bene cōcedimus q̄ xp̄c nō eſt po
ſitus in ruinā q̄ ipſe dederit oc=
caſionem ruine alicui. Vnde ne
minem ſcandaliſaſſe legitur vt
dictum eſt ſed bene mō expoſito
¶ Ad ſecundam reſpōdetur q̄
racio pcedit q̄ nō ſit poſitus in
ruinam ſicut prebens occaſionē
ruine. ¶ Ad terciam reſpōdetur
eodem mō ¶ Ad quartam reſpō
detur negando minorē. xp̄c enī
nulli dedit occaſionem ruine nᶜ
cauſa fuit peccati. Pro quo no=
tandum q̄ duplex eſt occaſio.
ſcꝫ data et accepta. Dꝛ aūt occa
ſio data qn̄ ſit aliqd̄ op⁹ minus
rectū ex q̊ ꝑ exēplū alij ꝓuocant̄

f iij

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad peccandum · ſi autem aliquis
facit opus rectum et alij inde ꝓ
uocentur ad peccandum nō erit
occaſio data ſed accepta et talis
fuit occaſio phariſeoꝝ qui ſcan
dalizabantur de doctrina chriſti
et ſic eā ā intelligenda ſunt illa
que inducuntur de Pſa · iiij · ꝛ · i ·
petri · ij · Vn̄ ſanctus Tho · dicit i
iiij · ꝙ xp̄c nō dicitur petra ſcan
dali qꝺ ꝑ ſe fuerit ſcandali cau
ſa · quia ipſe nō dedit alicui oc
caſionem ſcandali ſed dicit̄ i pe
tram ſcandali · ita ꝙ ꝓpoſicō in
nō ordinem cauſe ſed ꝯſecucio
nem importat quia ex hijs que
xp̄c fecit ꝯſecutū eſt ſcandalum
iudeorū · hec ille

Ad ſecundam queſtionē
qua queritur vtrum be
ata Maria ita gladio
compaſſionis mortis xp̄i fuerit
ꝑfoſſa vt vere martir poſſit ap
pellari ſic proceditur et videtur ꝙ
ſic · Primo ſic dicit Ieron · in ſer
mone de aſſumpcōne beate vir
ginis marie recte dixerim dei ge
nitrix virgo et martir fuit q̄uis
in pace vitam finiuerit · ¶ Se
cundo ſic dicit Grego · vere enim
plus q̄ martir eſt que nimio a
more vulnerata teſtis extitit ſal
uatoris ꝛ ꝑ merore in animo cru
ciatū ſuſtinuit paſſionis .

¶ Tercio ſic dicit Bern̄ · longe
eā plus q̄ martirē cenſemus in
qua paſſionis ſenſū cōpaſſionis
ſuperauit affcūs · ¶ Quarto idē
Bern̄ · ſup illud in plenitudine
ſanctoꝝ detencio mea · merito in
plenitudine ſanctorum detencō
eius erat cui nec puritas ange
lorum · nec fides defuit ꝑriarcha
rū · nec ſpūs ꝓphetaꝝ · nec apo
ſtoloꝝ zelus · nec ꝯſtancia mar
tirū · nec ſobrietas cōfeſſorū · nec
caſtitas virginū · nec cōiugato
rum fecunditas · ergo videtur ꝙ
beata virgo habuit omes pro
prietates gratuitas alioꝝ ſācto
rum · ergo martir dicenda eſt

¶ In oppoſitū autē arguitur ſic
mors eſt de racōe martirij · Vn
de maximus in quodam ſermo
ne dicit de martire ꝙ vincat pro
xp̄o moriendo qui vinceret̄ ſine
fide viuendo · ſed beata virgo nō
ſuſtinuit pro xp̄o mortē ergo nō
eſt dicenda martir · minor patz
Dicit enim Ambroſius tractans
hoc euangeliū · nec hyſtoria nec
lr̄a docent beatam Mariam gla
dio vitam finiuiſſe · ¶ Rndeo di
cendum iuxta ſanctū Tho · in · ij
ij · q · xxij · ꝙ de martirio loqui poſ
ſumus dupliciter · vno mō ſcꝫ
ꝑfectā eius racōne et ſic de racio
ne martirij eſt mortē ſuſtinere
actu pro nomine chriſti · iſtud
patet ſic · martir dicitur quaſi te
ſtis fidei chriſtiane per quam no
bis viſibilia propter inuiſibilia
contempnenda proponuntur vt
dicitur ad Hebreos · vndecimo ·
Ad martirium ergo pertinet vt
homo teſtificetur fidem ſe opere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

oſtendens cūcta pſencia ɔtemp
nere vt ad futura inuiſibilia bo-
na perueniat q̄diu autē hominū
in hac vita remanet vita corpo-
ralis nōdum opere ſe oſtendit tē
poralia cuncta deſpicere· ¶ Cōſue-
uerunt enim homines ⁊ cōſang
uineos et omnia bona poſſeſſa
contempnere et etiā dolores cor-
poris pati vt vitam cōſeruent·
Vnde et ſathan cōtra Iob idux-
it pellem pro pelle et cuncta que
hēt dabit homo ꝓ anima ſua id
eſt pro vita corporali· et ideo ad
pfectam racōnem martirij requi
rit̄ q̄ aliquis mortem ſuſtineat
et hoc modo beata virgo nō fuit
vere martir cum vitā gladio nō
finierit ¶ Secūdo mō poſſumus
loqui de martirio ſm̄ quandam
ſimilitudinem· Vnde Yſido· in li
bro ethi· dīt duo ſūt genera mar
tirijorum in aperta paſſione al
terum in occulta animi virtute
et hoc mō beata virgo ꝓpter im
menſum amorem eius ad xp̄m
in paſſione chriſti martir dicit̄
fuiſſe· Vnde Aug9· in ſermone
quodam de ea ita dicit Maria
quia mēte paſſa eſt pl9 q̄ mar-
tir fuit minimum quia eius dilec
tio amplius fortis q̄ mors quo
niam mortem chriſti ſuam fecit
hec ille· ¶ Ad racōnes in oppoſi
tum reſpondetur q̄ vt dicit ſāc
tūs Thomas tam in ſecunda ſe
cunde q̄ in quarto omnes auc-
toritates ille ſanctorum intelli-
gende ſūt de martirio ſm̄ quan-
dam ſimilitudinem ¶ Ad racōnē
vltimā reſpōdetur eodē mō q̄ p
cedit de martirio dicto ſm̄ mul
titudinem·

¶ In feſto circūciſiōis ē euāgeli
um In illo tp̄e Poſtq̄ ɔſumati
ſūt ⁊c̄· Luce· ij· Circa qd̄ p̄nt hee
q̄ſtiōes diſputari· ¶ Pm̄o vtrū
xp̄c debuit circūcidi· ¶ Secūdo
vtr̄ circūciſio nūc tp̄e grē ceſſaē
debuit· ¶ Tercīo vtrū ɔuenien
ter nomē xp̄o fuit impoſitū Ihs

Ad primam queſtionem
qua queritur vtrum cri
ſtus debuit circūcidi ſic
pcedit̄ et videt̄ q̄ nō· Pm̄o ſic·
Circūciſio fuit ordinata in reme
diū originalis peccati ſ xp̄c non
cōtraxit originale peccatū· ergo
xp̄c nō debuit circūcidi· ¶ Secū
do ſic xp̄c nō fuit decimatus ī lū
bis Abrahe q̄ figurabat medici
nā originalis· ergo nec debuit
circūcidi eadē rōne· ¶ Tercīo ſic
ſabbati obſeruacō vicinior erat
pceptis moralib9 ꝗ̄ q̄ ec̄ ɔputar̄
q̄ circūciſio ſ xp̄c ſabbata lr̄alit̄
nō obſeruabat· vn̄ dicebant iu
dei de ipō Io· ix Nō eſt hic homo
a deo q̄ ſabbatū nō cuſtodit· er
go nō debuit ſeruaē circūciſionē
¶ In oppoſitū eſt euāgeliū p̄ns
Rn̄deo dicendū ſub iſta ɔclu
ſiōe q̄ xp̄c debuit circūcidi nō ꝓ
pter indigenciā aliquā ſed ꝓpt̄
decenciam cuius pōt multiplex
racio aſſignari ¶ Primo quidem



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt oſtendat veritatez carnis hu
mane contra manicheum qui di
xit eum habere corpus fantaſti-
cum et contra apollinarem qui
dixit corpus chriſti diuinitati eſ
ſe conſubſtanciale et contra va
lentinum qui dixit chriſtum cor
pus de celo attuliſſe. Secundo
vt approbaret circumciſionem
quā olim deus inſtituerat. Ter
cio vt oſtenderet ſe eſſe de gene
re abrahe qui circumciſionis mā
datum acceperat in ſignum fidei
quam de ipſo habuerat Geñ.
xv. et cui facta eſt repromiſſio de
xp̄o. Quarto vt iudeis excuſa-
cionem tolleret ne eum reciperēt
ſi eſſet incircumciſus. Quinto vt
obediencie virtutem nobis ſuo
exemplo commendaret. ¶ Vnde
octaua die circumciſus eſt ſicut
erat in lege preceptum. Sexto vt
qui in ſimilitudinem carnis pec
cati venerat remedium quo caro
peccati conſueuerāt emundari nō
reſpueret. Septimo vt legis onꝰ
in ſe ſuſtentans alios a legis o-
nere liberaret ſcḋm illud Gal. iiij.
Miſit deus filium ſuum factum
ſub lege vt eos qui ſub lege e-
rant redimeret. ¶ Ad racōnes in
oppoſitum. Ad primam reſpōdet
negando cōſequenciam qm̄ cri-
ſtus ſicut propria volūtate mor-
tem noſtram ſuſcepit que eſt ef
fectus peccati nullum in ſe hn̄s
peccatum vt nos a morte libera
ret ita et circumciſionez que erat
remedium originalis peccati ſu-
ſcepit abſq; hoc q̄ haberet origi
nale peccatum vt nos a legis iu
go liberaret ſicut dictū eſt. ¶ Ad
ſecundam reſpōdetur negando cō
ſequenciā. et racio eſt quia circū-
ciſio erat actus tantum figura
tiuꝰ quantum ad illos qui in lum
bis Abrahe decimabantur. et idō
xp̄o non competebat qui immu-
nis fuit ab originali peccato ſed
circūciſio eciam habet alias cau
ſas p̄ter ſignificacionē in illis q̄
circumcidūtur. et ideo nō eſt ſi-
milis racio de vtroq;. ¶ Ad ter-
ciā reſpōdetur negādo cōſequen
ciam et racō eſt quia xp̄c in pue-
ricia ſua in nullo ab alijs pueris
ſegregatus fuit q̄tum ad exte-
riorem cōuerſacionem. et ideo ō
nia que ad pueros pertinebant
in veteri lege impleri voluit ſed
quando iam ad p̄fectam etatem
peruenit oſtendere ſe debuit do-
minum eſſe legis et legem vſq;
ad ipſum poſitam fuiſſe et idō in
quibuſdam ſupra legem operā-
tus eē ſicut de obſeruacōe ſabba
ti et in tactu leproſi. etc.

Ad ſecundam queſtionē
qua queritur vtrum cir
cumciſio nunc tempore
gracie ceſſare debuit ſic procedi
tur et videtur q̄ non. Primo ſic
Omnis chriſti actio noſtra ē in-
ſtructio. Vnde dicitur Johānis.
xiij. Exemplum enim dedi vobis
vt quemadmodum feci vobis et

ita faciatis ſed chriſtus fuit cir-
cumciſus vt in precedenti q̃ſtio-
ne · ergo exemplo ſuo debemus
circumcidi et per conſequens cir-
cumciſio ceſſare non debuit ·
¶ Secundo ſic dicitur Geneſis
xvij · q̄ circumciſio dabat̃ in fe-
dus eternum · ſed eternum eſt
q̄ nullo fine clauditur ergo cir-
cumciſio ceſſare non debuit ·
¶ Tercio ſic figuralia que ſignt̄
id quod ſemper faciendum ē nō
debet ceſſare ſicut de thurificacio
ne que ſignat deuocionem pa-
tet ſed circumciſio cordis cuius
laus ex deo eſt ad Romanos · ij
ſemper facienda eſt et hanc ſig-
nat exterior circumciſio · ergo ceſ
ſare non debuit ¶ In oppoſitum
eſt illud · Gal · v · Si circumcidi
mini chriſtus vobis nihil prode
rit Secundo ſic · ad Hebreos · vij
dicit apoſtolus q̄ tranſlato ſa-
cerdocio neceſſe eſt vt legis trā̃ſ
lacio fiat ſed oportuit ſacerdoci-
um trāſferri · ergo et legem et ſi
hoc tunc et ſacramenta legalia ſ̃
inter hec precipuum eſt circum-
ciſio · ergo ⁊c̃ ¶ Reſpondeo di-
cendum ſub iſta concluſione q̄
circumſio ceſſauit et debuit ceſ-
ſare que concluſio oſtendit̃ ſic ·
Cum venit quod perfectum eſt
euacuari debet quod ex parte ē
ſi ad idem ordinentur quia gra-
cia non facit per duo quod per
vnum poteſt facere ſicut nec na-
tura · Circumciſio autem imper
fecta erat reſpectu baptiſmi · et
hoc tripliciter · Primo quantum
ad ſignificacōnem quia non ſig
nificabat̃ ita expreſſe emunda-
cionem totius hominis ab im-
mundicia culpe originalis ſicut
ablucō baptiſmatis · Secundo
quantum ad efficaciam quia nō
ita habundās gracia ad operan
dum et reprimendum fomitem
in circumciſione dabatur ſicut
in baptiſmo · Tercio quantum
ad vtilitatem quia non erat ei⁹
vtilitas ita communis ſicut bap
tiſmi cum haberet determinatū
populum determinatum ſexum
determinatum tempus quod in
baptiſmo non accidit ⁊ ideo ad
ueniente tempore plenitudinis
debuit ceſſare baptiſmo ſubſti-
tuto · ¶ Ad racōnes in in oppoſi
tum · Ad primam reſpondet̃ ne-
gando conſequenciam et racio ē
quia licet chriſtus in omnibus
operibus ſuis nos erudiuit non
tamen omnia fecit ad imitacio
nem ſicut opera miraculoſa et a
lia plura q̄ autem chriſtus cir-
cumcidi voluit racōnes ſupra in
queſtione precedenti fuerunt aſſi
gnate Unde xp̄us non voluit cir
cumcidi vt alij imitarentur eum
quo ad hoc ſed magis vt ex hoc
erudirentur de alijs que racta
ſūt in racōnib⁹ ſupius aſſigna-
tis · ¶ Ad ſecundā rn̄det̃ negādo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cõſequenciã · et racõ eſt ꝙ cū dr
ꝙ circũciſio ſit data in fedꝰ eter
num nõ oportet ita intelligi eter
num ꝙ careat fine · Unde in ea-
dẽ lrã dñs dicit ꝙ dabit eis ter-
ram in poſſeſſionem eternam et
cõſtat tamen ꝙ terram promiſ
ſionis iudei nõ poſſident · Unde
eternum diſtinguitur et dicitur
tripliciter aut quãtum ad dura-
cionem aut quãtum ad finis in
determinacõnem aut quãtū ad
ſignificacõnem · Primo mõ dicit̃
dupliciter aut quia caret princi
pio et fine et ſic ecci .xv. dicitur
qui viuit in eternum creauit õ-
nia ſimul · aut quantum ad pri
uacõnem termini tantum ſicut
illud ps . Statuit eam in eter-
num et in ſeculū ſeculi · Eternū
ſecũdo mõ quãtum ad indeter-
minacõnem dicitur ſicut ſacer-
docium aaron dicitur eternū quia
deus nõ determinauit qñ ceſſa-
ret · Eternum quãtum ad ſigni-
ficacõnem et ſic circũciſio dicitur
in fedus eternum quia tempus
duracõnis non eſt determinatū
nobis vel dicẽdum eſt ꝙ ẽ eter
num quãtum ad ſignificatū ſuū
et quãtum ad id quod ei ſuccẽ-
dit ¶ Ad terciam reſpõdetur ne
gãdo cõſequenciam · et racio eſt
ꝙ prĩcipalis ſignificacõ ad quã
inſtituta eſt ablucõ originalis
peccati quia circũciſio ſacramen
talis refertur ad effectū hoc aūt
nõ ſemper faciendum erat ꝑ cir
cumciſionem · et ideo nõ oporte-
bat ꝙ circũciſio ſemꝑ maneret ·
Alia autẽ ſignificacio eſt ex con-
ſequenti et ſcḋm illam nõ oportet
accipi iudicium de duracõne cir-
cumciſionis thurificacõnis autẽ
ſignificacõ nunꝗ fuit ad ſigni-
ficandum aliquid vt effectū eiꝰ
et ideo nõ eſt ſimilis racõ ·

Ad terciam queſtionem
quã queritur vtrum cõ
uenienter chriſto fuit
nomen impoſitum Ihesus · ſic ꝓ
ceditur et videtur ꝙ nõ · Primo
ſic veritas ꝓphetica debet ꝓnun
ciacõni ꝓphetice reſpõdere ſed ꝓ
phete aliud nomen de chriſto ꝓ
nunciarunt · dicit̃ enĩ Yſa · vij · Ec
ce v̓go cõcipiet et pariet filium ⁊
nomẽ eius euocabitur emanuel
et Yſa · viij · Voca nomẽ eius ac
celera ſpolia detrahe ⁊c · et Yſa ·
ix · Vocabitur nomẽ eius admi-
rabilis cõſiliarius deus fortis ⁊c
et Zach · vi · Ecce vir oriens no
men eius . ergo inconuenienter
vocatū eſt nomen eius Ihesus .
¶ Secundo Yſa . lxij · dicitur vo-
cabitur tibi nomen nouum qđ
os domini nominauit : ſed hoc
nomen Ihesus non eſt nomen
nouum ſed pluribus fuit in ve-
teri teſtamento impoſitum · vt
patet de Ihesu filio Iosedech . et
de ihesu naue vt patet eciã ex ip
ſa geneologia xpi Lu · iij · ergo
videt̃ ꝙ inconueniēt ſit vocatū

nomen eius Ihesus. ¶ Tercio
ſic. Hoc nomen Ihesus ſalutem
ſignificat ſed ſalus per xpm nõ
eſt facta ſolum in circumciſione
ſed eciam in principio vt patet
p apl'm Ro. iiij. ergo inconueniẽ
ter hoc nomen eſt poſitũ in circũ-
ciſione. ¶ In oppoſitum eſt euã
geliũ pñs vbi dicit͛. poſtq̃ conſu
mati ſunt dies octo vt circũcide
retur puer vocatum eſt nomen
eius Ihesus. ¶ Reſpõdeo dicen
dum ſub iſta concluſione q̃ cõue
nientiſſime vocatum eſt nomen
eius Ihesus. Iſta concluſio pro
batur et eius conueniencia oſtẽ
dit͛ ſic. Nomina enim ſi cõueniẽ
ter imponantur debẽt proprieta
tibus reſpõdere hoc patet in noĩ
nibus generum et ſpecierum de
quibus dicit͛. iiij. metha. Racio
enim quam ſignat nomen ẽ dif
finicio que deſignat propriaꝫ rei
naturam. Nomina autem ſingu
larium hominum ſemper impo-
nunt͛ ab aliqua proprietate eiꝰ
cui nomen imponitur vel a tem
pore ſicut imponuntur nomina
aliquorum ſanctorum hijs qui
in eorum feſtis naſcuntur. vel a
cognacione ſicut cum filio impo
nitur nomen patris vel alicuius
de cognacione vel eciam ab euẽ-
tu ſicut Ioſeph vocauit primo-
genitum ſuum Manaſſen. d.
obliuiſci me fecit deus omnium
laborum meorũ. Gen. xli. vel eci-
am ex aliqua qualitate eius cui

nomen imponitur ſicut Geneſ.
xxv. q̃ qui primo greſſus eſt de
vtero matris rufus erat et totuſ
in morem pellis hiſpidis vocatũ
eſt nomen eius Eſau quod int͛-
pretatur rubeus. Nomina autẽ
que imponuntur diuinitus a q̃-
bus ſemper ſignificant aliquod
gratuitum donum eis diuinitus
datum ſicut Gen. xxviij. dicitur
Abrahe appellaberis Abraham.
quia patrem multarum genciuꝫ
conſtitui te. et Mathei. xvi.
dictum eſt Petro. tu es Petrus
et ſuper hanc petram edificabo
eccãam meam. quia igitur homi
ni xpo hoc munus gracie collatũ
erat vt per ipſum omnes ſalua
rentur. Ideo conuenienter voca
tum eſt nomen eius Ihesus id ẽ
ſaluator. Vnde hec racio aſſigna
tur ab angelo Math. i. cũ ait
ad Ioſeph vocabis nomen eiuſ
Ihesum. Ipſe enim ſaluũ faciet
populum ſuũm a peccatis eorum
Conuenienter ergo vocatum eſt
nomen eius Ihesus. Eſt quideꝫ
nomẽ multe excellencie et ſubli-
mitatis ita vt in nomine Ihesu
omẽ genu flectat͛ celeſtium ter-
reſtrium et infernoꝝ. Eſt nomẽ
multe virtuoſitatis et efficacie.
Nam eſt nomẽ q̃d vt inquit pe
trus rauẽnas dedit cecis viſum
ſurdis auditum. greſſum clau-
dis. ſermonem mutis. vitã mor
tuis. totamq̃ꝫ dyaboli poteſtatẽ
de obſeſſis corporibus virtus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

huius nominis effugauit. Eſt
pretrea nomen magne clemen
cie ⁊ reuerencie cum nō ſit aliud
nomen datum hominibus ſub q̊
oporteat nos ſaluos fieri Actuū
iiij. Secunda concluſio ꝯueniē
ter in die circumciſionis vocatū
eſt nomen eius Ihesus. proba-
tur hec cōcluſio tum primo ꝙ iſ-
te erat mos apud iudeos. Vnde
ſicut legitur Geñ. xvij. Simul
Abraham ſuſcepit impoſicōnem
nominis a deo ⁊ circumciſionis
mandatum. et ideo apud iude-
os conſuetum erat vt ipō die cir
cumciſionis nomina pueris im-
ponerentur. ſicut eciam nūc pu
eris in baptiſmo nomina impo
nūtur. tum ſecundo quia hodie
primo legitur effudiſſe ſangui-
nem pro nobis qui fuit archa
redempcōnis noſtre vt dˀt bern.
Tercia concluſio conuenienter
hoc nomen eſt impoſitum criſto
nō ab homine ſed ab āgelo. pa
tet concluſio quia vt dicit glo.
interlinealis ſup illud Luce. ij.
Vocatum eſt ab angelo nō de-
cuit tam glorioſum nomen pri-
us ab hominibus appellari: ſed
ab excellenciori natura ne hōvi-
deretur machinator huius no-
minis. Et origenes inquit voca
bulum Ihesu glorioſum ōni odo
ratu cultuqꝫ digniſſimum nomē
qd̕ eſt ſuper ōne nomē nō decu-
it primo ab hominibus appella
ri nec ab eis inferri in mundum
ſed ab excellenciori maioriqꝫ na
tura. Vnde ſingulariter euange
liſta addidit et vocatum eſt no-
men eius Ihesus qd̕ vocatum fu
erat ab angelo anteq̄ꝫ conciperē
tur in vtero. ¶ Ad racōnes in
oppoſitum ad primam reſpōde-
tur ꝙ racō nō procedit: quia in
omnibus illis nominibus quo-
dā modo ſignificatur hoc nomen
Ihesus qd̕ eſt ſignificatiuum ſa
lutis. nam in hoc ꝙ dicitur ema
nuel quod interpretatur nobiſ
cum deus. deſignatur cauſa ſa-
lutis que eſt vnio diuine et hu
mane nature in perſona filij dei
per quam factum eſt vt deus eſ
ſet nobiſcum per hoc qd̕ dicitur
voca nomē eius accelera ſpolia
detrahe ⁊c. deſignatur a q̊ nos
ſaluamur: quia a dyabolo cuiꝰ
ſpolia abſtulit ſꝫm illud Col. ij.
Expolians principatus et poteſ-
tates traduxit confidenter. In
hoc eciam qd̕ dicitur vocabit̄ no
men eius admirabilis ⁊c. deſig
natur via ⁊ terminus noſtre ſa
lutis inq̄ꝫtū ſcꝫ admirabili diui-
nitatis cōſilio et v̉tute ad heredi
tatē futuri ſeculi pducim̄ in quo
erat pax pfecta filiorum dei ſub
ipō pncipe deo. qd̕ vō dˀr ecce vir
oriēs nomē eiꝰ ad id refert̄. ad
quod pmū. i. ad incarnacōnis
miſterium ſꝫm quod exortū eſt.
in tenebris lumē rectis corde.
¶ Ad ſecūdā reſpōdet̄ negādo
ꝯña ꝫ racō ē ꝙ licet aliq̄bꝰ q̄ fuert

āntē xp̄m conuenire potuit· hoc
nomen Ihesus ſm aliquā aliam
racōnē puta ꝙ aliquā ꝑticularē
ſalutē attulerūt vt Ihesus naue
ſaluauit populū iſrł hoſtes eius
debellando vt legitur in libro Io
ſue·ſed ſm racōꝫ ſpūalis ⁊ vni
uerſalis ſalutis hoc nomē ꝓpriū
eſt xp̄o ⁊ ſm hoc dicitur eē nouū
In q̄tū eſt impoſitū ei ab hac ꝓ
prietate qđ ē em̄ ſaluator ¶ Ad
terciā reſpōdetur negādo ꝯ nam·
⁊ racō eſt ꝙ licet ſalus facta per
xp̄m cōis ſit et iudeis et gentili-
bus nihilominus ꝑncipalit dici
tur eē miſſus ad oues que perie
rūt dom⁹ iſrahel

¶ In vigiliā epiphanie eſt euā-
geliū illud· In illo tēpore· Defū
cto herode·⁊c. Math.ij. Circa
quod poteſt diſputari ſequēs q̄-
ſtio·

Vtrum xp̄c cōuenienter
vocat̄ nazarenus ·et vi
detur ꝙ nō Et primo ar
guitur ꝙ nō racōe illius glo· in
terlinealis que exponitur. ideſt
ſanctus· Primo ſic· Xp̄o nō cōue
nit ſanctificari quia in quolibet
ordine primū mouēs eſt immo
bile ſed xp̄c eſt principiū tocius
humane ſignificacōnis· ergo ip
ſe ſanctificatus nō eſt ¶ Secū
do ſic· Omne q̊d fit fit ex cōtrario
generacōes em̄ ſm ph̄m ex ꝯtra
rijs ſūt ſed xp̄c ab omni peccato
q̊d ſanctitati cōtrariatur immu
nis fuit ergo xp̄c ſanctificatus
nō eſt dicēdus ¶ Tercio arguit̄
ꝙ nō debeat dici nazaren⁹ ꝙ in
nazareth fuit cōceptus· et pari
racōe dicendus eſſꝫ bethleemita
quia in bethleem fuit natus ſed
hoc non dicitur. ergo aliud eſt
dicendum. ¶ Quarto ſic· Non
videtur verum ꝙ per prophetas
dictum ſit ꝙ nazarenus ſit no-
minandus · ergo non videtur
dicendum Aſſumptum patet ꝙ
non inuenitur in ſcriptura tale
dictum· ¶ In oppoſitum eſt euā
gelium p̄ns ¶ Reſpōdeo dicēdū
ſub iſta concluſione ꝙ cōuenien-
tiſſime chriſtus appellatus ⁊ no
minatus eſt nazarenus· Iſta cō
cluſio oſtenditur ex multiplici
racione· Primo racione ſanctita-
tis interpretatur enim nazare-
nus. ideſt ſanctus ſiue ſanctifica
tus· Chriſtus autem fuit ſanct⁹
ſanctorum Daniel·ix·dicit̄ eci-
ām ab angelo beate Marie Lu
cē.i.q̊d enim ex te naſcetur ſan
ctum vocabitur filius dei et Io·
x·dicitur quem pater ſanctifica
uit et miſit in mundum. Secū-
do conuenienter dicitur nazare-
nus racōne interpretacōnis ·q̄a
interpretatur floridus· Yſa·xi·
Egredietur virga de radice yeſ
ſe et flos de radice eius aſcēdet.
virga vt dicit Ihero·ē dei geni-
trix flos filius eius et bene flos
ꝙ ad modū floris nat⁹ mira pul
chritudine venuſtatus q̄tū odore

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diffuſus in fructu dulciſſimus ·
flos enim lumine ſolis naſcitur
qđ eſt lumen celeſte nō habens
generans aliquod niſi diuinum
ſic floruit quādo ſol eternus vir
tutem caloris et luminis in vte
rum cōgeſſit virginis . Hic flos
picturatus eſt venuſtate v̇tutis
Vnde bene naſarenus dicit̄ qui
interpretatur floridus · hic flos
gratus eſt odoꝛe · Can · iiij · Emiſ
ſiones tue paradyſus hoc eſt ef
fragacōnes odorum tuorum in
fama tue virtutis videntur eſſe
odoramēta floꝝ paradiſi · hic flo
ris ſpes ē dulciſſimi fructus in a
deptcōne gaudij eterni · Can · iiij ·
fructus dulcis eſt gutturi meo ·
Tercia racō conuenienter xp̄us
nōminatur naſarenus quia cō
ceptus eſt in naſareth · Et vt di
cit Albertus magnus ꝙ concep
tus xp̄i multum congruebat no
mini naſareth quia ſicut diui =
ne generacioni · ita et humane
generacio in flores de flore aſſi=
milantur flos enim pullulat de
vno germine in decore et colore
ſic et filius ſm d̄inā generacionē
procedit ab vno qui eſt in celis
ſine matre et ſm generacionem
humanam de vna in terra ſine
patre · Bene ergo in naſareth
conceptus fuit flos noſter . qui
ſicut flos de flore ſine virili com
mixtione de vna matre ſaluo v̇
ginitatis decore et matris inte =
gritate proceſſit. ¶ Quarto naſa
renus dicitur quia ibi nutritus
fuit et educatus . Xp̄us enim ſi
cut in flore concipitur ita et i flo
ribus ſanctitatis nutritur ⁊ edu
catur et paſcitur lectulꝰ noſter
floridus eſt Canti · i · Quinta ra
cio : quia in naſareth domiciliū
fuit parentibꝰ ſuis ſicut ioſeph
qui pater eius putabatur et be=
atiſſime virginis Marie que ve
riſſime mater fuit · Vnde Luce ·
ij · Poſtꝙ pfecerūt omnia ſm le
gem domini reuerſi ſunt in ciui
tatem ſuam naſareth que dice=
batur eorum ciuitas vt inquit
gloſa quātum ad habitacōnem
¶ Ad racōnes in oppoſitum ad
primam reſpōdetur ꝙ ſanctifica
ri eſt ſanctum fieri · Poteſt autē
aliquis ſanctus fieri dupliciter
vt ex ſancto vel non ſancto · Ex
ſancto iterum dupliciter . vel ex
minus ſancto magis ſanctum .
vt dicitur Joh · xvi · Pater ſanc
tifica eos in veritate Apl̄i enim
tūc ſancti erāt vel ſm ꝯtinuacio
nem ſanctitatis eadem quātita=
te ſeruata · et hoc modo chriſtus
poteſt dici ſanctificatus ſicut ibi
dem dicit · ego pro eis ſanctifico
meipſum : ſed iſte modus lo =
quendi non videtur conſuetus
Vnde ſic de ſanctificacione non
videtur loqui hic · Ex nō ſancto
dicitur aliquis ſanctus fieri du=
pliciter · Vnomodo ex nō ſancto
cōtrarie aut ꝑuatiue . ſicut ꝑ gra
ciā ſanctificari dicit̄ et hoc modo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xp̄us nō p̄ot dici ſanctificatus eē
q̄r nō p̄ot accipi cū cōſiſtēcia ob-
iecti defectus ſanctitatis in eo ſū
iſſe. ſimul em̄ fuit hō et ſanctus
Alio modo p̄ot dici fieri ſanctus
de nō ſancto negatiue · ꝛ tunc be
ne dicitur ex nō ſcō ſanct9 factuſ
racōe ſanctitatis create que hoīs
eſt et ita cōcedi p̄ot in aliquo ſē-
ſu xp̄m eſſe ſanctificatū · ¶ Rñ-
detur ergo ad primā racōnē in
oppoſitū negando ɔñam et racio
ē q̄r primū mouēs in aliquo or
dine mobiliū nō oportet eē im-
mobile ſimpliciter · ſed immobi
le ſm̄ genus motus ſicut celum
q̄d eſt p̄mū alterans mouet̄ · q̄-
de ſ nō alteat̄ n̄ ei ē p̄mū moueſ
ſimpliciter · ſimiliter eciam xp̄s
ſm̄ q̄d homo non eſt primū ſan
ctificans ſimpliciter. ſed de9 tri-
nitas eſt autē primū ſanctificās
in quantum homo nō per modū
ſatiſfacientis pro peccato · et ſic
ſanctificatus non eſt · aliquo ta-
men modo ſanctificatus eſt ·
¶ Ad ſecundā reſpōdetur negā
do aſſumptū. Nō enim omne q̄d
fit ex cōtrario fit · ſed ſolū quod
fit per viā generacōnis et alter-
acōnis · Oportet tn̄ omne q̄d fit
ex incōtigēti fieri vt dicit̄ · i · phi ·
· i · ex eo q̄d nō cōuenit ſimul ineſ
ſe · ſic autē cotingens eſt nō ſolū
cōtrarium vel priuacō que requi
runt ſubiectū ſed eciam negacō
que ɔſiſtencia ſubiecti nō requi

tit · et ſic ex nō ſancto xp̄c fact9
eſt vt dictū eſt · ¶ Ad terciā ra-
cionem negat̄ ɔña et racō patet
ex dictis · ¶ Ad quartā reſpōde
tur negando ɔñam quia licet ſic
in forma nō reperiatur ſcriptum
ex multis locis tamen intelligit̄
nam nazarenus interp̄tatur ſā-
ctus · et q̄r xp̄c dicatur ſanctus ·
hoc habetur Daniel · ix · Itē int̄
p̄tatur floridus et hoc habet̄ yſa ·
xi · Egredietur virga ꝛc · et ɔcor
dat cū eo quod dicitur · Can · ij ·
Ego flos campi ꝛc · Vnde ſignā
ter dicit euāgeliſta per prophe-
tas · et tantum de iſta concluſio-
ne

¶ In feſto epiphanie eſt euan
gelium illud. Cū natus eſſ Ihe-
ſus Math · ij · Circa quod p̄nt
ſequentes queſtiones diſputa-
ri : ¶ Primo vtrum xp̄i natiui
tas fuit cōuenienter p ſtellam
magis manifeſtata · ¶ Secūdo
vtrum ſtella magis apparēs fu-
erit vna de celeſtibus ſtellis
¶ Tercio vtrum magi conueni
enter venerunt ad adorandū et
venerandum xp̄m

Ad primam queſtionem
qua queritur vtrum cri
ſti natiuitas fuit conue
nienter per ſtellam magis mani
feſtata · ſic proceditur ꝛ videtur
q̄r nō. Primo ſic. hoc em̄ videtur
eē occaſio erroris q̄tū ad illos q̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exiſtimāt ſydera natiuitatibus
hominum dominari ſed occaſio
nes peccandi ſunt hominib⁹ au
ferende. ergo nō fuit conueniēs
ꝙ ꝑ ſtellam magis chriſti nati-
uitas manifeſtaret. ¶ Secūdo
ſic. ſignum oportet eſſe certū ad
hoc ꝙ ꝑ ipſum aliquid manifeſ
taretur; ſed ſtella nō videt̄ eſſe
ſignum natiuitatis chriſti. ergo
incōuenienter fuit natiuitas cri
ſti ꝑ ſtellam manifeſtata. ¶ In
oppoſitum eſt euangelium pre-
ſens. ¶ Rndeo dicendum ſub
iſta cōcluſione ꝙ conuenienter
chriſti natiuitas ē magis ꝑ ſtel
lam manifeſtata. Iſta cōcluſio
patet primo quia vt dicit̄ deut.
xxxij. Dei ꝑfecta ſunt opera: ſed
talis manifeſtacō fuit opus di-
uinum; ergo ꝑ cōueniencia ſig-
na fuit effecta. Secūdo oſtendi-
tur ſicut manifeſtacō ſilogiſtica
que fit ꝑ ea que ſūt magis nota
ei cui eſt aliquid manifeſtandū
ita manifeſtacō que fit ꝑ ſigna
debet fieri ꝑ ea que ſūt familia-
ria illis quibus manifeſtantur.
Manifeſtum eſt autem ꝙ vi-
ris iuſtis eſt familiare et conſue
tum interi⁹ ſpiritus ſancti inſtin
ctu edoceri abſqꝫ ſignorum ſenſi
bilium demonſtracōne ſcꝫ ꝑ ſpi
ritum ꝓphecie. Alij vero corpora
libus rebus dediti ꝑ ſenſibilia et
ad intelligibilia deducuntur. Iu
dei autem cōſueti erāt diuina re
ſpōſa ꝑ angelos ſuſcipere ꝑ q̄s
eciam legem acceperant ſm illd
Deut. vij. Accepiſtis legem in
diſpoſicōne angelorum. Genti-
les vero et maxime aſtrologi cō
ſueti ſunt ſtellarum curſus aſpi
cere. et ideo iuſtis Symeoni et
Anne manifeſtata eſt chriſti na
tiuitas ꝑ interiorem inſtinctum
ſpiritus ſancti ſm illud Luce. ij.
Reſponſum accepit Symeon a
ſpiritu ſancto nō viſurum ſe mor
tem niſi prius videret chriſtum
dominum. Paſtoribus autem ⁊
magis tamq̄ rebus corporalib⁹
deditis eſt manifeſtata criſti na
tiuitas ꝑ apparicōnes viſibiles
et quia natiuitas nō erat pure
terrena ſed quodammodo celeſ
tis. Ideo ꝑ ſigna celeſtia vtriſqꝫ
natiuitas xpi reuelatur vt enim
Aug⁹. dicit in ſermone de epi-
phia domini celos angeli habi
tat ⁊ ſydera ornat. vtriſqꝫ ergo
celi enarrant gloriam dei racio-
nabiliter autem paſtorib⁹ tam
q̄ iudeis apud quos frequēter
facte ſunt apparicōnes angelorū
reuelata eſt natiuitas xpi per an
gelos. Magis autem cōſuetis
in cōſideracōne celeſtium corpo-
rum manifeſtata ē per ſignum
ſtelle. quia ſicut dicit Criſo. per
cōſueta eos deus vocare voluit
eis condeſcendens: ¶ Ad racio-
nes in oppoſitum ad primam re
ſpondetur negando aſſumptum
dicimus enim ꝙ ſtella que nati
uitatem xpi manifeſtauit omnē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

occaſionem erroris ſubtraxit vt
enim Augꝰ. dicit contra fauſtū
nulli aſtrologi cōſtituerunt ita
naſcenciū hominū fata ſub ſtel-
lis vt aliquam ſtellarum homi-
ne aliquo nato circuitus ſui or-
dinem reliquiſſe et ad eum qui
natus eſt perrexiſſe aſſeuerent.
ſicut accidit circa ſtellaꝫ que de-
monſtrauit natiuitatem chriſti
et ideo per hoc nō cōformatur er-
ror eorum qui ſortem naſcenciū
hominum aſtrorum ordini colli-
gari arbitrantur. nō autem cre-
dunt aſtrorum ordinem ad ho-
minis natiuitatem mutari.
¶ Ad ſecundā rn̄det̄ negādo mi-
norem. dicimus enim ꝙ ſtella il-
la fuit ſignum certum natiuita-
tis chriſti. tum primo quia ſicut
Criſo. refert in quibuſdam ſcrip-
tis apocriſis legitur ꝙ quedam
gens in extremo orientis iuxta
occeanum quandam ſcripturaꝫ
habebat ex nomine ſeth de hac
ſtella et muneribus huiuſmodi
offerendis que gens diligenter
obſeruabāt huius ſtelle ortum
poſitis exploratoribus. xij. qui
certis temporibus aſcendebant
in montem in quo poſtmodum
viderunt eam habentem in ſe q̄-
ſi ꝑuuli formam et ſuper ſe ſimi-
litudinem crucis et ſic fuit certū
ſignum. Vel ſecundo dicendum
ꝙ magi illi tradicōnem balaam
ſequebātur qui dixit oriet̄ ſtel-
la ex iacob. vnde videntes ſtel-
lam extra ordinem mundi hanc
eſſe intellexerunt quam bala-
am futuram indicem regis iude-
orum ꝓphetiſauerat et ita certū
ſignum erat. Tercio ſic dicit Au-
guſtinus in ſermōe de epipha-
nia ꝙ ab angelis aliquā moni-
cionē reuelacōnis audierunt ma-
gi ꝙ ſtella natum chriſtum ſig-
nificaret et ita certum eciam ſig-
num fuit. Quarto vel ſicut di-
cit leo papa in ſermone de epi-
phania preter illam ſpeciē que
corporeum incitat obtutum ful-
gencior veritatis radius eorum
corda perdocuit qđ ad illumina-
cionem ꝑtinebat et ita certū ſig-
nū fuit.

Ad ſecundam queſtionē
qua queritur vtrū ſtel-
la magis apparens fuit
vna de celeſtibus ſtellis ſic pro-
ceditur et videt̄ ꝙ ſic. Dicit Au-
guſtinus in quodam ſermone
epiphanie dependet ad vbera ⁊
vilium patit̄ deus in volumēta
pānorū repente nouū ſydꝰ efful-
ſit. fuit ergo ſtella illa celeſtis
que apparuit. ¶ Secundo ſic di-
cit Augꝰ. in quodam ſermone
epiphanie. paſtoribus angelus
magis ſtella chriſtum demon-
ſtrat loquitur lingua celorū: q̄a
lingua ceſſauerat prophetarum
ſed angeli apparentes paſtori-
bus fuerunt vere de celeſtibꝰ an-
gelis. ergo eciam ſtella magis
apparens fuit vna de celeſtibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtellis · ¶ Tercio ſic · ſtelle que
nō ſūt in celo ſed in aere dicunt̄
ſtelle cometa que nō apparet in
natiuitatib9 regū ſed magis ſūt
indicia mortis eorū ſed illa ſtel-
la deſignabat regis natiuitatem
Vnde magi dicūt vbi eſt qui na
tus eſt rex iudeoꝝ vidimus ſtel
lam eius in oriente ꝛc. ergo ſtel
la illa fuit vna de celeſtibus
¶ In oppoſitum eſt euāgeliū p-
ſens · ſcd'o dicit Aug9 · ꝯtra fau
ſtum nō ex illis erat ſtellis q̄ ab
inicio creature itinerum ſuorum
ordinem ſub creacōis lege cu-
ſtodiūt ſed nouo virginis par
tu nouū ſydus apparuit · ¶ Re
ſpōdeo dicendum ſub iſta ꝯclu-
ſione ꝙ ſtella illa apparens ma
gis nō fuit vna de illis celeſtib9
iſta ꝯcluſio eſt Tri · ſuper Ma-
theū que ꝯcluſio oſtenditur ex mł
tiplici diſtinctōne que ſtella illa
diſtinguebatur a celeſtibus vt
dicit tam ſanctus Tho · ꝙ Alber
tus magnus in quinqꝫ ſcꝫ natu
ra . ſitu . motu . claritate . et ſigni-
ficacōne . Natura quidem ꝙ erat
corruptibilis et nō de natura celi
et ideo pacto officio ꝯuerſa fuit
in ꝑiacente materiā ꝛ hoc conue
niens fuit ꝙ lumine vero inuen
to alio lumine nō indigem9 · di-
ſtinguebatur etiam in ſitu ꝙ nō
fuit in alto cū alijs ſtellis in fir-
mamento ſed in ſpacio huius a
eris vicina loca tenebat. Patet
quia iſti per eaꝫ determinate di
ſtinxerūt domū . Tercio diſting
uebat motu ꝙ cū alie ſtelle ī cir
cuitu rotarēt hec ſola recta linea
tendebat ab oriente q̄ eſt verſus
aquilonē ad occidentē declinās
ad meridiē verſus iudeā vbi erat
xp̄c Preterea differebat in motu
ꝙ nō habebat ꝯtinuū motū ſed
cum oportebat ſtare ſtabat .
Quarto in claritate differebat
ꝙ ceteris ſplendidior erat · Vn-
de Leo papa in ſermone epipha
nie Tribus magis in regiōe ori
entis ſtella noue claritatis appa
ruit que illuſtrior ceteriſpulchri
orqꝫ ſiderib9 in ſe tuenciū oculos
aīos qꝫ ꝯuerteret vt ꝯfeſti aduterēt
ñ ee ociōſū qd tā inſolitū videba
tur Quinto ſignificacōe vt dicit
Albertus differebat qm alie ſtel
le que faciles a mathematicis di
cūtur nō ſole ſignificāt ſed colle
ctis omnib9 que ſūt in ꝑydo p-
tibus et ſtellis · hec aūt ſola de-
dit glorie xp̄i ſignificacōeꝫ eo ꝙ
ille venerat in cuius diſpoſicōe
et ꝓuidencia omnia ſunt ſigna
ſtelle et diſpoſiciones ¶ Ad ra
ciones in oppoſitū . Ad p̄mā rn̄-
detur negando ꝯñam et racō eſt
ꝙ in ſacra ſcriptura celū qnqꝫ di
citur aer ſꝫm illud p̄s · Volucres
celi et piſces maris et ita ſumit̄
in dicto Aug · ¶ Ad ſecūdā rn̄de
tur negādo ꝯñaꝫ ꝛ rō eſt ꝙ ipſi
celeſtes angeli ex ſuo officio hn̄t

vt ad nos deſcendāt in miſteri
um miſſi ¶ Sed ſtelle celeſtes ſuū
ſitum nō mutant vñ nō eſt ſibi ſi
racō ¶ Ad terciā rñdet negādo
aſſumptū qa ſicut nec iſta ſtel-
la fuit ſita in celo ita nec fuit co
meta quia cometa eſt ſicut facu
la ardens et nō diu ſtat · Itē vt
dictum eſt illa ſtella nec ſtabat
ſita in orbe nec in ſuprema aeris
pte vbi generant comete ſꝫ erat
in propinqua aeris parte · Pre-
terea nec ſequebatur motū ſtel
larum cometarū · Vñ manifeſte
differebāt ab eis ·

Ad terciam queſtionem
qua queritur vtrū ma-
gi cōuenienter venerūt
ad xp̄m adorandū et venerandū
ſic proceditur et videtur ꝙ nō ·
Primo ſic vnicuiqꝫ regi reuerēcia
debet a ſuis ſubditis · Magi em
nō erāt de regno iudeorum ergo
cum ex viſione ſtelle cognouerīt
natum eſſe regem iudeorū · vide
tur ꝙ incōuenienter venerūt ad
eū adorādū ¶ Secūdo ſic ſtul-
tum eſt viuente rege aliquo ex-
traneum regem ānunciare : ſed
ī regno iudee regnabat herodes
ergo ſtulte fecerunt magi alteri
us regis natiuitatem annūciare
¶ Tercō ſic cercius eſt celeſte
iudicium ꝙ humanū : ſed magi
ducatu celeſtis iudicij ab orien-
te venerūt in iudeam ergo ſtul-
te egerūt preter ducatum ſtelle
humanum iudiciū requirendo
dicentes · vbi eſt qui natus eſt
rex iudeorum ¶ Quarto mune
rum oblacio et adoracōnis reue-
rencia nō debetur niſi regibꝰ iam
regnantibus ſed magi nō inue-
nerunt chriſtum regia dignita-
te fulgentem ergo incōuenient
ei munera et reuerenciam exhi-
buerunt ¶ In oppoſitum eſt eu
angelium preſens ¶ Reſpon-
deo dicendum ſub iſta concluſi-
one ꝙ magi cōuenient̄ ⁊ ſapient
venerūt ad xp̄m adorandum et
venerandum · Iſta concluſio ha
betur primo ex illo Yſa · lx · Am-
bulabunt gentes in lumine tuo
et reges in ſplendore ortus tui : ſꝫ
qui diuino lumine ducunt non
errant ergo magi abſqꝫ errore
chriſto reuerenciam exhibuerūt
Secundo ſic · ſicut dictum ē ma-
gi primicie ſunt gencium in chri
ſto credenciū in quibus apparu-
it ſicut in quodam preſagio fi-
des et deuocō gencium venienci
um a remotis ad xp̄m et ideo ſi-
cut fides et deuocō gencium eſt
abſqꝫ errore p inſpiracōnem ſpi
ritus ſancti ita et credendum eſt
magos a ſpiritu ſancto inſpira-
tos ſapienter chriſto reuerenciā
exhibuiſſe ¶ Ad racōnes in op
poſitum Ad primam reſponde-
tur negando conſequenciam et
racio eſt quia licet magi non eſ
ſent de regno iudeorū erāt tamē
ſubditi eius quē adorare venerīt



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quia cognoſcebant eum verum
deum eorum ee̅ cui omne genu
flectandum erat. Unde beatus
Aug⁹. in quodā ſermōe ephie
ita dicit num̄q̄ hunc magi tam
deuote requirerēt tanto pietatis
affectu deſiderarent niſi eū cog-
noſcerēt regem qui rex eciam eſt
ſeculoꝝ Item idem in alio ſer-
mone dein q̄ cū tam multi iā na
ti atq̄ defuncti eēnt reges iudeo
rū num̄q̄ queq̄ illoꝝ adorandū
magi queſierūt racio q̄a nec quē
q̄ eorū celo loquentē didicerūt
¶ Ad ſecundam reſpōdetur q̄
non fuit ſtulticia q̄ magi fecerūt
tum quia herodes nō erat rex na
turalis iudee ſed alienigena ſed
xpc. Unde non annunciabāt re-
gem extraneū. Unde in hoc non
ſtulticiam ſed oſtēderūt firmita
tem nobis et conſtanciam fidei
ſue in xp̄o adimplentes illud no
lite timere eos qui occidūt cor-
pus in qua intrepida annuncia
tione prefigurabatur cōſtancia
gencium xp̄m vſq̄ ad morte̅ con
fitencium. Un̄ Criſo. dicit ſuper
Math. dum conſiderabant re-
gem futurum nō timebāt regem
p̄ſentem adhuc nō viderūt xp̄m
et iam parati erant pro eo mori
¶ Ad terciam reſpondetur negā
do cōſequēciam et racō eſt quia
hoc diuina diſpoſicione factū eſt
Un̄ Aug. in ſermone q̊dā ephie
ſtella que magos perduxit ad

locum vbi erat cū matre virgi-
ne deus infans poterat eos pdu
cere ad ciuitatem bethleē in qua
natus eſt xp̄c ſed tamen ſubtra
xit ſe donec de ciuitate in qua cri
ſtus naſceretur ipſi eciā iudei in
terrogarentur et ipſi eciam ſcdꝫ
diuine ſcripture teſtimoniū no-
minarent vt ſic geminato teſti-
monio cōfirmarentur. Itē Leo
papa dicit vt ardenciori fide ex-
peterent quā et ſtelle claritas et
prophecie manifeſtabat auctori
tas. ¶ Ad quartam reſpōdetur
q̄ racio militaret ſi magi regem
terrenum querentes veniſſent
quod non fecerunt quia vt dicit
Criſoſtomus ſuper Matheum.
ſi ſic fuiſſent confuſi quia tāti iti
neris laborē ſine cauſa ſuſcepiſ
ſent ¶ Unde nec adoraſſent nec
munera obtuliſſent. nunc autē
quia regem celeſtem querebāt
et ſi nihil regalis excellēcie in eo
viderunt tamen ſolius ſtelle te
ſtimonio contenti adorauerunt
Viderunt enim hominem et cog
noſcunt deum et offerunt mune
ra dignitati chriſti congruencia
aurum quidem quaſi regi mag-
no. Thus quod in dei ſacrificio
ponitur immolant vt deo Mir
ra qua mortuorum corpora con-
diūtur p̄betur tam̄q̄ p̄ ſalute ō-
niū morituro.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ In dñica infrã octauas epĥie
eſt euãgeliũ In illo tẽpe. Cũ fac
tus eſt Ihesus annoꝝ duodecĩ.
Luce. ij. Circa qḋ pñt diſputari
ſequẽtes queſtiones. ¶ Pmo
vtrum xp̄c ƀm aliquã ſapiẽciam
ſiue ſcienciam profecerat. ¶ Se
cũdo vtrum xp̄c in gracia profe-
cerit. ¶ Tercio vtrum xp̄c aliq̃d
ab hominib9 didicerit

AD primam queſtionem
quã queritur vtrum cri
ſtus ƀm aliquam ſapiẽ
ciam ſiue ſciẽciam profecerit ſic
proceditur et videtur ꝙ nõ Pmo
ſic ſicut enim ƀm ſcienciam bea
titudinis vel ƀm ſcienciam infu-
ſam xp̄c cognouit om̄ia ita ƀm
ſcienciam acquiſitã: ſed ƀm il-
las ſciencias non profecit. ergo
nec ƀm acquiſitam et ꝑ cõſeq̃ns
ƀm nullam. ¶ Secũdo ſic profi-
cere eſt imꝑfecti: quia ꝑfectum
additionem nõ recipit ſed in cri
ſto nõ eſt ponere ſcienciam imꝑ
fectam. ergo ƀm nullam ſcienci
ãm dicendus eſt proficiſſe.
¶ Tercio Damã: dicit ꝙ qui di
cit xp̄m ſapiencia et gracia pro
ficere vt additamẽtũ ſenſus ſuſ
cipientem nõ veneratur vnionẽ
ſed nõ venerãri vnionem eſt im
pium. ergo impium eſt dicere
ꝙ ſciencia ſiue ſapiencia pro-
fecerit. ¶ In oppoſitum eſt euã
gelium preſens vbi dicitur luce
ij. ꝙ Ihesus proficiebat ſapiẽcia

et etate ¶ Rndeo dicendum ſub
tribus cõcluſionib9. Prima eſt.
ꝙ in xp̄o dicitur fuiſſe quatuor
ſciencie. Prima eſt diuina et in
creata de iſta patet: ꝙ cũ in cri-
ſto ponantur due nature ꝑfecte
ƀm vnamquãq; in eo eſt ponen
da ſapiencia ſiue ſciencia ſcʒ di
uina increata et humana creata
Unde in ſexta ſinodo cõdempna
ta eſt poſiciõ negancium in cristo
duas eſſe ſciencias ſiue duãs ſa
piencias. ¶ Secũda ſciencia que
in xp̄o ponitur eſt ſciencia beato
rum. fuit enim ſimul viator ⁊ cõ
prehenſor. Tercia ſciencia fuit ĩ
eo indita ſiue infuſa in quãtum
per verbum dei anime chriſti ſi-
bi ꝑſonaliter vnite impreſſe fuͤt
ſpecies intelligibiles ad omnia
ad que eſt intellectus poſſibilis
in potencia. ſicut eciam impreſſe
fuͤt per verbum dei ſpecies intel
ligibiles menti angelice in prin-
cipio creacionis vt dicit Augu-
ſtinus. vnde col. ij. dicitur in
chriſto ſunt omnes theſauri ſa-
piencie et ſciencie abſconditi.
Quarta ſciencia dicitur experi-
mentalis ſiue acquiſita de qua
dicitur ad Hebre. v. Cum eſſꝫ fi-
lius dei didicit ex hiis que paſ-
ſus eſt obedienciam. glo. ideſt
expertus eſt. fuit ergo in eo ali-
qua experimentalis ſciencia que
eſt ſciencia acquiſita. Secũda
concluſio chriſtus ƀm tres pri-
mas ſciencias non profecit Iſta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

concluſio patet. Primo de diui
na ſciencia quia iſta augeri non
poteſt. Idem de ſciencia beatifi-
ca que eciam augeri non poteſt.
Idem de ſciencia infuſa q̄a a pri
cipio conceptionis plenarie fuit
in eo omnis ſciencia infuſa. Ter
cia concluſio iuxta ſanctum Tho
mam in tercia parte. ſciencia ac
quiſita fuit in chriſto augmen-
tata non modo ſcḋm experienciam
ſed ſcḋm eſſenciam ſuam. Quidā
enim ponunt ſicut eciam ſanctꝰ
Thomas in quarto ſcripto po-
nit ꝙ ſolum ſcḋm experienciam .i.
per conuerſionem ſpecierum in-
telligibilium inditarum ad fan-
taſmata et ſcḋm hoc dicunt ꝙ ſcie
cia chriſti profecit ſcḋm experienci
am conuertendo ſcȝ ſpecies itel-
ligibiles inditas ad ea que de no
uo per ſenſum accepit. ſed quia
inconueniens videtur ꝙ aliqua
naturalis actio intellectualis cri
ſto deeſſet cum abſtrahere ſpeci-
es intelligibiles a fantaſmatibꝰ
ſit quedam actō naturalis homi
nis ſcḋm intellectum agentem cō
ueniens videtur hanc eciam acti
onem in chriſto ponere et ex hoc
ſequitur ꝙ in anima chriſti ali-
quis ſciencie habitus fuit qui ꝑ
hmōdi abſtractōnem ſpecierum
potuerit augmentari ex hoc ſciti-
cet intellectus agens poſt ꝑmas
ſpecies intelligibiles abſtractas
a fantaſmatibus poterat eciam
alias abſtrahere. ¶ Ad raciones
in oppoſitum. Ad primam reſpō
detur negando conſequenciam
et racio eſt quia nō eſt ſimile de
primis ſciencijs et de acquiſitis
quia tam ſciencia infuſa anime
chriſti ꝙ ſciēcia beatifica fuit ef-
fectus agentis infinite virtutis
qui poteſt totum ſimul operari
Unde in neutra ſciencia chriſtus
profecit ſed a principio habuit
eam perfectam. Sed ſciencia ac-
quiſita eſt tantum ab intellectu
agente qui nō totum ſiḃ operatꝰ
ſed ſucceſſiue. et ideo ſcḋm hāc ſci
enciam chriſtus non a principio
ſciuit omnia ſed paulatī ⁊ poſt
aliquod tempus ſcȝ in perfecta
etate ⁊ ſic aſſumptum non eſt ve
rum qḋ patet ex hoc ꝙ euange-
liſta ibi ſimul dicit eum profeciſ
ſe ſciencia et etate. ¶ Ad ſecun-
dam reſpondetur negando con-
ſequenciam. et racio eſt quia li-
cet ſciencia acquiſita in chriſto
fuerit ſemper perfecta ſcḋm tem-
pus non tamen perfecta fuit ſe-
cundū naturam ⁊ ideo potuit ha
bere augmentum. ¶ Ad terciā
dicendum ꝙ verbū Damaſcei.
intelligēdum eſt ꝙtum ad illos
qui dicūt ſimpliciter factā fuiſſe
addicionem ſciencie chriſti ſcḋȝ
quācumqȝ ſcienciā ⁊ ꝑcipue infu
ſam que cauſatur in anima xp̄i
ex vnione ad verbum non autē
intelligitur de augmento ſciēcie
que ex naturali agente intelicū
cauſatur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

AD ſecundam queſtionē
qua queritur vtrum cri
ſtus in grā pfecerit · ſic
pcedit̄ et videtur ꝙ ſic · Primo
ex pſenti euāgelio in quo dicit̄
ꝙ xp̄c pficiebat ſapiencia etate
et gracia ¶ Secūdo ſic omni em̄
finito poteſt fieri addicō ſed grā
xp̄i finita fuit cum eſſ creata · er
go potuit augeri et xp̄c in ea pfi
cere · ¶ Tercīo ſic quātumcumqꝫ
additur intellectuali nature de
pfectione tantomagis augetur
eius capacitas vt colligi videtur
ex tercīo de anima ſed capacitas
amplioris gracie facit poſſibilita
tem ad augmentum et ita vide-
tur ꝙ xp̄c pficere potuit in grā ·
¶ In oppoſitum eſt illud Ioh ·
·i· vidimus eū q̄ſi vnigenitum
a patre plenū grē et veritatis ·
Sed nihil pōt eſſe aut intelligi
magis plenum grē q̄ ꝙ aliquis
ſit vnigenitus a prē · ergo nō po
teſt eſſe nec eciam intelligi ma-
ior grā qua chriſtus plenus ·
¶ Unde dicendū ꝙ chriſtꝰ nō
profecit in grā ita ꝙ eius grā in
ſe augmentū ſuſciperet Iſta cō-
cluſio ſic declaratur et pbat̄ iux̄
ſanctum Thomā aliquā formā
nō poſſe augeri cōtingit dupliciter
vnomō ex pte ſubiecti · alio mō
ex pte illius forme. Ex pte qui-
dem ſubiecti qn̄ ſubiectū attin-
git ad vltimum in participacōe
illius forme ſm ſuū modum ſic
ſi dicat̄ ꝙ aer nō pt creſcere ī ca

liditate qn̄ pertingit ad vltimū
gradum caloris qui poteſt ſalua
ri in natura aeris licet poſſ eſſe
maior calor in rerum natura ſi-
cut eſt calor ignis · Ex parte au-
tem forme excludit̄ poſſibilitas
augmenti quādo aliquod ſubie
ctum attingit ad vltimam pfec-
tionem qua poteſt talis forma
haberi ſicut ſi dicamus ꝙ calor
ignis nō poteſt augeri : quia nō
poteſt eſſe perfectior gradus ca-
loris q̄ ille ad quem ptingit ig
nis ſicut aūt aliarum formarū
eſt ex diuina ſapiencia det̄mi-
nata propria menſura ita ⁊ gra
cie ſm illud Sap · xi · Omnia in
numero et pondere et menſura di
ſpoſuiſti · Menſura aūt vniuſ-
cuiuſqꝫ forme prefigitur per com
paracōnem ad ſuū finem ſic nō
eſt maior grauitas q̄ grauitas
terre : quia nō poteſt eſſe inferi-
or locus loco terre · finis autem
gracie eſt vnio creature rationā
lis ad deū nō poteſt eſſe nec in-
telligi maior vnio creature ad de
um q̄ que eſt in perſona ⁊ ideo
gracia chriſti pertingit vſqꝫ ad
ſummam menſuram gracie · ſic
ergo manifeſtum eſt ꝙ gracia
chriſti nō poterit augeri ex per
te ipſius gracie ſed nec eciam ip
ſius ſubiecti quia xp̄c ſm ꝙ ho-
mo a primo inſtanti ſue cōcepci
onis fuit verus et plenus com-
pꝛehēſoꝛ · Un̄ in eo nō potuit eē grā-
cia augmentatiua ſicut nec in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

alijs beatis quorū grā augeri nō
poteſt eo ꝙ ſūt in termino· ho-
minū vero qui ſūt puri viatores
grā poteſt augeri ⁊ ex pte forme
quia nō attingit ſummū grē gra
dū ⁊ ex pte ſubiecti quia nōdum p
uenerunt ad terminum ¶ Ad
racōnes in oppoſitū. Ad primā
de pſenti euangelio reſpōdetur
iuxta ſanctum Thomā ꝙ in ſapi
encia et grā aliquis pōt pficē du
pliciter· vno modo ſm ipſos ha
bitus augmentatos. et ſic xpus
in eis nō pficiebat quia in eo nō
fuit reale gracie augmentū quia
totam plenitudinem gracie ha-
buit ab inicio ſue concepcōnis·
Alio modo ſm effectus ſiue ſcdm
oſtenſionem in effectū in q̄ntum·
ſcȝ aliquis ſapienciora et virtuō
ſa opera facit et ſic xpc proficie-
bat ſapiencia et gracia ſicut eciā
etate quia ſm proceſſum etatis
perfecciora opera faciebat qn vo-
lebat vt ſe verum hominē demō
ſtraret ⁊ in hijs que ſunt ad deū
ideſt ad gloriā dei et in hijs que
ſunt ad homines .i. ad ſalutem
hominū· ¶ Ad ſecūdam reſpon
detur ꝙ verum eſt ꝙ cuilibet fini
to pt fieri addicō mathēatice lo-
quēdo quia tō quātitatis quā ſol9
mathematicus cōſiderat nō pro-
hibet quin poſſit finito aliq̄d ad
di· ſi vero loquamur de quātitate
naturali ſic nō eſt verum quia re-
pugnat forme cui debet determi
nata quātitas ſicut et alia accidē

cia determinata. Vn phs dicit· ij
de anima ꝙ omniū natura con-
ſtanciū eſt terminus et racō mā
gnitudinis et augmenti et inde
eſt ꝙ quātitati tocius celi nō pōt
fieri addicō et multo magis in ip
ſis formis conſideratur aliquis
terminus vltra quē nō trāſgre-
ditur. et pter hoc nō oportuit
ꝙ gracie xpi poſſit fieri addicō q̄ꝛ
uis ſit finita ſm ſuā eēnciam quia
nec grā pt eē maior q̄ꝛ cōprehen-
ſoris nec gloria minor q̄ꝛ creatu
re deo in pſona vnite

Ad terciam queſtionem
qua queritur vtrum cri
ſtus aliquid ab homini
bus didicerit· ſic procedit et vi-
detur ꝙ ſic· Primo ex euangelio
pſnti· vbi dicitur ꝙ inuenerunt
eum in templo in medio doctorū
interrogantem illos et reſpōden
tem· interrogare vero et reſpōde
re eſt addiſcentis· ergo videtur
ꝙ xpc aliquid ab hominib9 didi
cit. ¶ Secūdo ſic acquirere ſciē-
ciam ab homine docente videt̄ eſ
ſe nobilius q̄ꝛ acquirere a ſenſi
bilibus quia in anima hominis
docentis ſunt ſpecies intelligibi
les in actu In rebus aūt ſenſibi
libus ſunt ſpecies intelligibiles
ſolum in potencia ſed chriſtus
accipiebat ſcienciā expimentalē
ex rebus ſenſibilibus vt habitū
eſt in ·i· q· ergo multo magis po
terat accipere ſcienciam addiſcen
do ab hominib9· ¶ Tercio ſic·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Xpc ſm ſcienciam experimenta-
lem a principio nō omnia ſciuit
ſed in ea profecit ſicut dicitur in
hoc euangelio ſed quilibet audi
ens ſermonem ſignificatiuū ali-
cuius poteſt addiſcere quod ne-
ſcit · ergo xpc potuit ab homi
bus aliqua addiſcere q̄ ſm hanc
ſcienciam neſciebat. ¶ Quarto
ſic · Xpc ſm hanc ſcienciam ali-
quid didicit ab angelis ergo pa
ri racōe potuit addiſcere aliquid
a doctis hominibus aſſumptum
probatur tum quia dicit dyo:
iiij · celeſtis iherarchie per an-
gelos videmꝰ eū ſub paternis
legibus ordinatū ſed quod ordi
natur aliq̄d ab ordināte accepit
ergo xpc aliquid erudicōnis ab
angelis ſuſcepit. ¶ In oppoſitū
eſt illud Pſa · lv. Ecce teſtem po
pulis dedi eū ducem ac p̄ceptorē
gētibꝰ. Preceptoris autē nō eſt
doceri ſed docere · ergo xpc nō ac
cepit aliquā ſcienciā per doctri-
nam alicuius alterius hominis ·
¶ Reſpondeo dicendum ſꝫ dua
bus concluſionibꝰ Prima eſt ꝙ
xpc nō didicit aliquid ab homi-
nibus · Iſta concluſio probatur
ſic in quolibet genere id quod ē
primū mouens nō mouetur ſm
illam ſpeciem motus ſicut p̄mū
alterans non alteratur · Xpc au
tem conſtitutus ē caput eccleſie
ſm illud ad ephe · i · ipſū dedit de
us caput ſuper omnē ecclīam vt
non ſolum per ipſum omnes ho

mines graciam acciperent ſcd̄m
illud Joh · i · de plenitudine eius
omnes accepimus ſed eciam vt
omnes ab eo doctrinam veritatis
reciperent · Vnde ipſe dicit Joh ·
xviij · in hoc natus ſum et ad hoc
veni in mundū vt teſtimonium
p̄hibeam veritati et ideo non fu-
it conueniens eius dignitati vt a
quocumqꝫ homine doceretur. Secū
da concluſio chriſtus nihil didi
cit ab angelis. Iſta cōcluſio patꝫ
quia ſuperioris non eſt ab inferiori
recipere ſed chriſtus eciam ſm hu
manam naturam angelis ſuperi
or fuit et caput ſm illud Col · ij
qui eſt caput omnis principatus
et poteſtatis ergo ab eis nihil re
cepit · Itē dicit Dyoni · vij · ca · ce
leſtis ierarchie ꝙ ſupremi angeli
ad ipſum Jheſū queſtionē faciūt
et ipſius diuine operacōnis pro no
bis ſcienciam diſcūt ſed non eſt
eiuſdem docere et doceri ergo xps
nō accepit ſcienciam ab angelis
¶ Ad racōnes in oppoſitū Ad pri
mā reſpōdetur negādo cōſequen
ciam et racō eſt ꝙ ſicut Origen̄ ·
dicit ſup Lucam · Dn̄s interro-
gat nō vt aliq̄d diſceret ſꝫ vt in
terrogans erudiret. Ex vno q̄p-
pe fonte doctrine manat interro
gare et reſpōdere ſapienter. Vn-
de ibidem in euangelio ſequitur
ꝙ ſtupebant omnes qui eū au-
diebāt ſup prudencia et reſpōſis
eius et videntes mirati ſūt quia
enim idem verus deus homo et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verus erat deus ad oñdendũ ꝙ homo erat hoíes magiſtros audiebat ad ꝓbandũ ꝙ deus erát ijſdem loquentib9 ſublimiteŕ reſpondebat. ¶ Ad ſecũdã reſpõdetur negãdo ↄñam. et racõ eſt quia ille qui addiſcit ab hoíe nõ accipit immediate ſciẽciã a ſpeciebus intelligibilibus que ſũt in mente ipſi9 ſed mediantib9 ſenſibilib9 vocibus tanꝙ ſignis intellectualiũ cõcepcõnum ſicut autem voces ab homine formate ſũt ſigna intellectualis ſciẽcie ipſius ita creature a deo cõdite ſũt ſigna ſapiencie eius. Unde ecc̃i .i. dicitur ꝙ deus effudit ſapienciam ſuam ſuper omnia opera ſua. ſic g° dign9 eſt edoceri a deo q̃ꝫ ab hoíe ita dign9 eſt accipere ſcienciam ꝑ ſenſibiles creaturas q̃ꝫ per hominis doctrinaꝫ ¶ Ad terciam reſpõdetur negãdo ↄñam ꝛ rõ eſt ꝙ cum duplex ſit modus acquirendi ſcienciam ſcꝫ inueniẽdo et addiſcẽdo Modus qui eſt per inuencõnem eſt precipuus modus. Modus autẽ qui ẽ per diſciplinam eſt ſecũdarius Vñ dicitur .i. ethi. ille q̃dem eſt optimus qui omnia ꝑ ſeipſum intelligit bonus autem ille qui benedicenti obediat. Et ideo xp̄o magis competebát habere ſcienciam acquiſitam per inuencõnem q̃ꝫ per diſciplinam p̄ſertim cum ipſe daretur a deo omnibus in doctorem ſꝫm illud Joel .ij. letamini in domino deo noſtro qui dedit vobis doctorem iuſticie. ¶ Ad quartam reſpõdetur negando aſſumptum et ↄſequẽciam ad probacõnẽ aſſumpti reſpõdetur ꝙ ſicut ipſemet dyoniſi9 .ſe ibidem exponit ꝙ criſtus dicitur per angelos ordinatus. nõ ꝙ ipſe illuminacõnem ab eis acceperit ſed qđ de hijs q̄ ad xp̄m ꝑtinebant circa ipſũ gerenda per angelos alij inſtruebantur ſicut Joſeph de fuga in egiptum et de reditu de egipto ſicut patet Math .ij. ipſe enim per ſe in hijs inſtruere nolebat vt exterius ab alijs pueris non differret et veritas nature aſſũpte ꝓbaretur

¶ In octauis ephie pñt diſputari ſequẽtes q̃ſtiones. ¶ Pm̃o vtrũ Jo. teſtimoniũ reddens de xp̄o cõueniẽter dixit. Ecce agn9 dei ꝛc. in quo innuit ꝙ paſſio criſti ſit operata hũam generis ſalutem ꝑ modũ ſacrificij. ¶ Secundo vtrũ ↄueniẽtius nominauit xp̄ꝫ agnũ dei q̃ꝫ aliqđ aliud animal ſolitum ſacrificari.

¶ Tercõ vtrũ criſtus principaliꝰ paſſus eſt pro delecõne peccati originalis q̃ꝫ actualium peccatorum

Ad primam queſtionem qua queritur vtrum Johannes teſtimoniũ reddẽs de xp̄o cõueniẽter dixit. Ecce agnus dei qui tollit peccata

mūdi vbi innuit ꝙ paſſio xp̄i
ſit operata ſalutē humani ge-
ris per modū ſacrificij ſic procedi
tur ⁊ videtur ꝙ non. Primo ſic
veritas debet reſpondere figure:
ſed in ſacrificio veteris legis que
erant figure chriſti nunq̄ꝫ offere
bat᷑ caro humana ꝑmo hec ſacri
ficia nepharia habebātur. ergo
videt᷑ ꝙ paſſio chriſti ſacrificiuꝫ
dici non poſſit. ¶ Secūdo ſic di
cit Augꝰ. x. de tri. ꝙ ſacrificiū
viſibile inuiſibilis ſacrificij eſt
ſacramentū. i. ſacrū ſignū ſꝫ ꝑ paſ
ſio xp̄i nō eſt ſignum ſed magis
ſignatum per alia ſigna. ergo vi
detur ꝙ paſſio xp̄i nō ſit ſacrifi-
cium. ¶ Tercio quicūqꝫ offert
ſacrificium aliquod ſacrū facit vt
ipſū nomē ſacrificij demonſtrat
Illi autem qui xp̄m occiderūt nō
fecerūt aliquod ſacrū ſed mag-
nā maliciā ꝑpetrarunt. ergo paſ
ſio xp̄i magis fuit maleficiuꝫ q̄
ſacrificiū. ¶ In oppoſitū eſt euā
geliū p̄ns cum brūs Ioh. teſti-
moniū reddens de xp̄o dt. Ecce
agnus dei ſcꝫ immolandus qui
tollit peccata mundi. ergo paſſio
xp̄i per modū ſacrificii ſalutē ope
rata eſt. ¶ Reſpōdeo dicēdū ſub
iſta cōcluſione ꝙ xp̄i paſſio ope
rata eſt ſalutē humani generis
per modum ſacrificij. Iſta cōclu
ſio ptꝫ auctoritate et racōe. Au
ctoritate ſic dicit apl's ad ephe-
v. de xp̄o Tradidit ſemetipſū ꝑ
nobis oblacōnem et hoſtiā deo
in odorem ſuauitatis. Racōne ſic
Sacrificiū dicitur proprie aliq̊d
factum in honorē proprie deo de-
bitum ad eū placādū et inde vt
Augꝰ. dicit in. x. de tri. dei. ve
rū ſacrificiū eſt omne opus q̊d
agitur vt ſancta ſocietate deo in
hereamus relatum ſcꝫ ad illum fi
nē boni quo veraciter beati eē poſ
ſimus. ſed chriſtꝰ ſemetipſū ob
tulit in paſſione pro nobis ⁊ hoc
ipſum opus ſcilicet ꝙ volunta-
rie paſſionem ſuſtinuit fuit deo
maxime acceptum vt pote ex ca-
ritate proueniens. ergo manife
ſtum eſt ꝙ paſſio chriſti fuit ve-
rum ſacrificium per quod ipē cri
ſtus vnus veruſqꝫ mediator nos
deo reconſiliauit ¶ Ad racio-
nes in oppoſitum. Ad primam
reſpondetur negando conſequē-
ciam ⁊ racio eſt quia licet veritaſ
reſpōdeat figure quo ad aliquid
non tamē quātum ad omnia q̄
oportet ꝙ veritas figuram exce-
dat et ideo conuenienter figura
huius ſacrificij offertur pro no-
bis non fuit caro hominum. ſed
animalium ſignificancium car-
nem chriſti que eſt perfectiſſimū
ſacramentum. ¶ Primo quidem
quia ex eo q̊d eſt humane natu-
re caro congrue pro omnibus ho
minibus offertur et ab eis ſu-
mitur ſub ſacramento. ¶ Se-
cundo ex eo ꝙ erat paſſibilis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et mortalis apta erat immolaci
oni· Tercīo quia ex hoc ꝙ erat ſi
ne peccato efficax erat ad emun
danda peccata. ¶ Quarto ꝙ ex
eo ꝙ erat caro ipſius offerentis
erat deo accepta propter carita=
tem ſuam carnem offerentis Vn
Auguſtinꝰ dicit in quarto de tri
nitate· Quis tam cōgruēter ab
hominibus ſumeretur ꝙ pro eis
offerretur q̄ꝫ humana caro· et
quid tam aptum huic immolaci
oni q̄ꝫ caro mortalis et quid tam
mūdum pro mundandis vicijs
mortalium q̄ꝫ ſine ↄtagione car
nalis concupiſcencie coronata ī
vtero et ex vtero virginali ⁊ q̄d
tā grate offerri ⁊ ſuſcipi poſſit q̄ꝫ
caro ſacrificij noſtri corpus effec
tum ſacerdotis noſtri. ¶ Ad ſe
cundam reſpōdetur negādo ↄſe
quenciam et rō eſt duplex· Pr̄ia
quia Auguꝰ. ibi de ſacrificijs vi
ſibilibus figurabilibus · Secun
da eſt quia paſſio chriſti licʒ ſit
aliquid ſignatum per alia ſacri=
ficia eſt. tamen ſignum alicuius
rei obſeruande a nobis · ſm̄ illd̄
·i·petri·iiij ·xp̄o igit̄ paſſo in car
ne et vos eadem cogitacōne ar=
mamini quia qui paſſus eſt in
carne deſijt a peccatis vt iā non
hominū deſiderijs : ſed volūtate
dei qd̄ reliquum eſt in carne iu=
uat temporis. ¶ Ad terciam re=
ſpondetur negando cōſequenci
am· et racō eſt. tū quia licet paſ
ſio chriſti ex ꝑte oc cidencium fu

it maleficium ex ꝑte tamē ipſiꝰ
chriſti ex caritate pacientis fuit
ſacrificium· tum quia hoc ſacrifi=
cium chriſtus obtuliſſe dicitur
non autem illi qui eum occide=
runt

Ad ſecundam queſtionē
qua queritur vtrum Io·
ↄuenienť ſpecialiter no=
minauerit chriſtum agnum dei
magis q̄ꝫ aliquod aliud animal
ſolitum ſacrificari ſicut bos vitu
lus capra turtur columba· ¶
Rndeo ponitur cōcluſio reſpōſa
lis ſine argumentis precedenti=
bus ꝙ ſic ⁊ hoc multiplici de cau
ſa· Prima eſt quia ſicut dicitur
numeri· xxiiij · licet alia anima=
lia fierēt ſacrificia in templo cer
tis temporibus vnum tamē erat
cotidianū in quo iugiter vnus
agnꝰ de mane et alius veſperē
offerebať nec hº mutabať vmq̄ꝫ
ſed tāq̄ꝫ principale obſeruaba
tur alia vero ex adiūcto ⁊ ideo ꝑ
agnum qui erat principale ſacri
ficium ſignificať xp̄c qui eſt prin
cipale ſacrificiū · Nam oms ſanc
ti qui pro fide chriſti paſſi ſūt ꝑ
ſūt ad ſalutem fidelium ſed hoc
nō habent niſi inq̄ꝫtum ſup ob=
lacōnem agni q̄ſi oblacō adiūc=
ta principali ſacrificō immolanť
et hic offerť quidē mane et veſ=
pere quia per chriſtū patʒ additꝰ
ad intelligēciā diuinorū ↄtēplā
dā et fruēdā qd̄ ꝑtinet ad cogni
cionē matutinā ⁊ inſtruim̄ quo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vtamur terrenis abſq; inquina
mēto pcc̄a qđ ptinet ad veſpera-
nam. Secūda racō eſt quia inē
omnes figuras veteris teſtamen
ti agnus paſchalis expſſius fi-
gurabat paſſionē xp̄i q: ille ag-
nus erat ſine macula et p ei⁹ im
molacōnē filij iſrahel liberati ſūt
a ſeruitute egipciaca ſicut p paſ
ſionē xp̄i qui peccatū nō fecit ſu
mus liberati a ſeruitute dyaboli
Vn̄ glo. interlinealis ſup verbo
Ecce agnus dei dicit Innocens
immolandus pfiguratus in ag-
no paſchali Tercia rō ꝓpter mā
ſuetudinē Yſa. liij. quaſi agnus
corā tondente ſe obmuteſcet. et
nō aperiet os ſuum ¶ Quarta rō
eſt propter vtilitatem quia lana
ſue conuerſacōnis per exemplū
dat veſtimentum virtutis et car
nē in cibum nutrimenti ſpūalis
et lac doctrine in potum paruu-
lis nondum ad cibum ſolidum
pfectis

Ad terciam queſtionem
qua queritur vtrum cri
ſtus pcīpalius paſſus
eſt pro delecōne peccati originał
q̄ actualium peccatoꝝ ſic pcedi
tur et videtur q pcīpalius pro
delecione actualium. Primo ſic.
q̄to enī peccato eſt grauī⁹ tanto
magis humane ſaluti aduerſa-
tur ꝓpter quam deus eſt incar-
natus et paſſus ſed peccatū actu
ale eſt grauius q̄ peccatū origi-
nale minima enī pena deletur
originali. vt dicit Aug⁹. contra
Julianum. ergo pcīpalius in-
carnacō xp̄i et paſſio ordinatur
ad delecōnē actualiū. ¶ Secun
do ſic peccato originali non debet
pena ſenſus ſed ſolum pena dā-
ni ſed xp̄c venit p ſatiſfactione
peccatorum penam ſenſus pati
in cruce non autem penam dam
ni quia nullum defectū habuit
diuine viſionis aut fruicionis.
ergo principalius venit ad dele-
cionem peccatoꝝ actualiū q̄ ori
ginalis. ¶ Tercio ſic dicit apl̄s
ad Gal. ij. dilexit me et tradi-
dit ſeipſum pro me ſed propria
peccata noſtra ſunt actualia ori
ginale enim peccatum eſt cōmu-
ne. ergo videtur id qđ prius.
¶ In oppoſitū ē euāgeliū pſens
cū ait Ecce agn⁹ dei ecce q̄ tollit
pcc̄a mūdi. vbi aliq̄ textus hn̄t
peccatū. Vn̄ dicit glo. Pccm̄ mū
di eſt originale qđ eſt cōmune ō
mū. ¶ R° dicendū ſub duabus
concluſionib⁹ Pmā eſt q xp̄c ve-
nit in mūdū nō ſolū ad delendū
originale peccatū ſed eciā ad de-
lecionē omniū peccatoꝝ actualiū
Iſta cōcluſio patet pmo per illđ
Oſee. vltimo. Omnē aufert ini-
quitatē et Col. ij. Qui viuifica-
bit nos cum illo donans nobis
oīa delicta q vero nō omnia pec-
cata deleantur in hominib⁹ eſt
propter defectū hominū qui xp̄o
nō adherent. ſm illud Joh. iij.
venit lux in mūdū et dilexerunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

homines magiſ tenebraſ ꝙ̃ lu-
cem. Xp̄us autē qd̓ exhibuit ſcʒ
ſatiſfactionem ſue paſſionis ſuf
ficiens fuit ad omnia peccata de
lenda. Secūda ꝯcluſio ē ꝙ pn̄
cipalius xp̄c incarnatus et paſ
ſus eſt pro peccato originali. pa
tet ꝯcluſio quia tanto principa
lius ad alicuius peccati delecōnē
xp̄c venit quāto illd̓ peccatū eſt
maius ſed peccatū originale per
qd̓ totum genus humanū inficia
tur eſt maius peccatū extenſiue
quolibet peccato actuali quod ē
proprium ſingularis ꝑſone. er-
go ad hoc tollendum xp̄c princi
palius venit in mūdum inq̄ntū
bonum gentis diuiniꝰ eſt ꝙ̃ bo
num vnius. vt dicitur .i. ethi.

¶ Ad racōnes in oppoſitum ad
primam reſpōdetur ꝙ maius a
liquod dicitur dupliciter. vnoº
intenſiue ſicut eſt maior albedo
que ē intēſior ⁊ per hūc modum
peccatum actuale eſt maius ꝙ̃
originale quia plꝰ habet de racō
ne voluntarij. Alio mō dicitur ali
quid magis extenſiue ſicut dicit̓
maior albedo q̄ eſt in maiori ſu-
perficie et ſic originale peccatum
per qd̓ totum genꝰ humanū in-
ficitur eſt maius et ſic argumē-
tum illud procedit dei intenſiua
magnitudine et ideo non mili-
tat. ¶ Ad ſecūdā r̄ndetur negā
do ꝯñam et racō eſt ꝙ licet pcō
originali i futura retribucōe nō
debeat pena ſenſus penalitates tn̄
ſenſibilit̓ in hac vita patim̄ ſic
famē ſitim mortē ⁊ alia huiꝰmo
di que ex peccato originali ꝓce
dūt. Et ideo xp̄c vt plene ꝓ pec
cato originali ſatiſfaceret voluit
ſenſibilem dolorem pati vt mor
tem et alia hmōdi in ſeipſo ꝯſū
maret. ¶ Ad terciā reſpondetur
negando ꝯñam et ad dictū apo-
ſtoli reſpōdetur ꝙ nō eſt ita in-
telligendū ꝙ voluerit minuere
ampliſſima et per orbem diffuſa
xp̄i mūera qd̓ ꝓ ſe ſolꝰ xp̄c mor-
tuꝰ ſit: ſʒ vt ꝓ oībꝰ ſe ſolū iudi-
caret obnoxiū et ido nō excludi
tur quin principalius venerit ab
olere peccatū originale totiꝰ na-
ture ꝙ̃ peccatū vniꝰ ꝑſone

¶ In octauis epȳie ſm̄ eundem
vſum ꝑdicatoꝝ legit̓ euāgeliū
de baptiſmo xp̄i ſcʒ In illo tēpe
venit Iheſus a galilea ad Iordā
nem ad Iohannē vt baptiſare
tur ab eo Math. iij. pn̄t diſpu
tari ſeq̄ntes queſtiones. ¶ Pri-
mo vtrū ꝯueniens fuit chriſtū
baptiſari. ¶ Secūdo vtrum con
ueniens ſup chriſtū baptiſatū
celi apti fūt et ſp̄us ſcūs deſcen
dit ſicut colūba et vox pr̄is audi
ta eſt.

Ad primam queſtionē
qua queritur vtrum ꝯ
ueniens fuit chriſtum
baptiſari ſic proceditur et videt̓
ꝙ n̄ Primo ſic baptiſari ei ē ablu

ſed xp̄o nō ꝯuenit ablui in quo
nulla fuit impuritas · ergo vide
tur ꝙ nō fuit ꝯueniēs ipſū bap
tiſari · ¶ Secūdo ſic · Primū mo
uēs in quolibet genere eſt immo
bile ſm̄ illum motū ſicut celū qḋ
eſt primū alterās nō ē alterabi-
le ſed xp̄c eſt primū baptiſans ·
ſm̄ illud Ioh̄ · i · ſup quē videris
ſpm̄ deſcendentē et manētē hic
eſt qui baptiſat . ergo xp̄m non
decuit baptiſari · ¶ Tercio argu
itur ſpecialiter baptiſmo Ioh̄ ·
ſic Baptiſmus Ioh̄ · erat baptiſ
mus penitencie ſed xp̄o penitēcia
nō ꝯuenit ꝙ nullū habuit pec-
catū . ergo videtur ꝙ nō fuit ꝯ-
ueniens xp̄m baptiſari baptiſ-
mo Ioh̄ · ¶ In oppoſitū ē euāge
liū p̄ns ¶ Rndeo dicendū ſb̄ du
abus ꝯcluſio · p̄ma eſt ꝙ ꝯueni
ens fuit xp̄m baptiſari et hoc p̄-
mo vt tactu ſue mūdiſſime car-
nis videlicet regeneratiuā ꝯtule-
ret aquis · Nā vt dicit̄ de ꝯſe . di ·
iiij · Nūꝗ̄ aqua pccā purgaē poſ
ſet niſi p̄us tacta dn̄ici corpis fu
iſſet ſāctificata · Vn̄ ait Ambroſi-
ſup Lucā baptiſatus ē dn̄s vt ſā
ctificatas aquas poſtmodū bap
ſandis relinqret . et idē Criſo . et
Beda · dignatus eſt lauari ior-
danis qui erat mundus a ſor-
dibus cūctis vt diluendas no-
ſtrorum ſordes ſcelerum omniū
fluenta ſanctificaret aquarum ·
Secundo ſic · quia vt dicit Aug ·
in ſermone de epiphania volu-

it docere quod faciēdum omibus
imperauit et hoc ē ꝙ ipē dicit ſic
decet nos adimplere omnem iu
ſticiam vt enim Ambro · dicit ſu
p Lu · hec eſt iuſticia vt ꝙ altꝝ
facere velles prius ipſe incipias
et alios tuo horteris exemplo ·
Tercia racōe pcēditur ſic xp̄us
erat finis veteris legis et iniciū
noue ergo nō ſolum debebat im
plere ea que ſunt veteris legis ſ
inchoare ea que ſunt noue · Et iō
ſicut ꝯueniens fuit vt circūcide
retur vt circumciſionem et alia
legalia finiret et terminaret Ita
ꝯueniēs fuit vt baptiſaret̄ vt
legem nouam inchoaret . Secū-
da concluſio conueniens fuit vt
xp̄c baptiſmo Ioh̄ · baptiſaretur
Iſta ꝯcluſio habet̄ ex euāgelio
p̄nti de hoc aſſignant̄ plures ra-
cōnes · Primo ꝓpter ꝯdicōnem
baptiſmi Io · qui nō baptiſauit
ſpū ſ ſolū in aq̄ . Xp̄c autē ſpūa
li baptiſmate nō indigebat ꝗ̄ a
principio ſue ꝯcepcōis grā ſpūſ
ſācti fuit repletus et iſta eſt rn̄-
ſio Cri · Secūdo vt dicit Beda
vt baptiſmo ſuo baptiſmū Io ·
comprobaret · Tercō vt in bap
tiſmo miracula oſtēdens euacua
ret illoꝝ errorē qui ioh̄ · xp̄o ma-
iorē dicebant · ¶ Ad racōnes in
oppoſitū . Ad p̄mā reſpōdetur ne
gando conſequenciam et racio ē
quia licet non fuit baptiſatus
vt ablueretur fuit tamē baptiſa
tus alijs racionibus aſſignatis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad ſecundam reſpondetur ne
gando cõſequenciam et ad pro-
bacõnem reſpondetur · ꝙ xp̄us
eſt primū baptiſans ſp̄ualiter ⁊
ſic nō eſt baptiſatus : ſed in aq̄
ſolum · ¶ Ad terciam reſpondet̄
negando cõſequenciam et racio
eſt quia cum chriſtus nihil rece
pit a ſacramentis · baptiſmꝰ Jo
hānis nō dicitur baptiſmus pe-
nitencie quo ad chriſtum ſ̄ quo
ad alios qui ad penitenciam per
ipſum preparantur ſicut eciam
circumciſio chriſti nō fuit ĩ reme
dium originalis peccati a q̊ xp̄s
imunis erat · erat tn̄ alijs ĩ reme
dium vel dicendum ꝙ chriſtus
hoc fecit licet nō indigeret vt ef
ficacius induceret homines ad
baptiſmum quo indigebāt · Vn̄
Ambroſius ſup lu · dicit nemo re
fugiat lauacrum grē quoniā cri
ſtus lauacrum penitencie nō re-
fugit ·

A D ſecundam queſtionē
qua queritur vtrum cõ
ueniens fuit ꝙ ſuper cri
ſtum baptiſatum celi apti ſint ⁊
ſpiritus ſanctus deſcēderit ⁊ vox
patris audita ſit · ſic proceditur
et videtur ꝙ nō . Primo de aper
tura celorum arguitur ſic apcio
illa celorum aut intelligitur cor
poraliter aut ſpiritualiter ſ̄ non
poteſt intelligi corporaliter quia
corpora celeſtia ſunt impaſſibi-
lia et infragibilia ſimiliter non
poteſt intelligi ſp̄ualiter ꝙ ante

oculos filij dei celi antea clauſi
nō fuerant . ergo inconuenienter
vr̄ dici ꝙ baptiſato xp̄o apti ſūt
celi . ¶ Secundo ſic de ſecūdo cri
ſtus a principio ſue cõcepcõnis
habuit plenitudinem gracie per
quam ſpiritus ſanctus habitat
in homine . ergo nō debuit ſp̄us
ſanctus ad eum mitti in baptiſ
mo ¶ Tercio de tercio ſic homo
chriſtus nō incepit eſſe filius in
baptiſmo ſicut quidam heretici
putauerunt ſed a principio con
cepcõnis fuit filius dei magis er
go in natiuitate debuit vox pa-
tris proteſtari chriſti diuinitatē
ꝙ̄ in baptiſmo ¶ In oppoſitū
enim eſt euangelium preſens ·
¶ Reſpondeo dicendum ſub iſ
ta concluſione ꝙ cõueniens fuit
ꝙ chriſto baptiſato celi aperirent̄
ſp̄us ſanctus deſcenderet et vox
patris audiretur Probatur iſta
cõcluſio per ſingula · dicimꝰ enī
ꝙ celi apti ſunt chriſto baptiſa-
to quia vt dictū eſt chriſtꝰ bap
tiſari voluit vt ſuo baptiſmo cõ
ſecraret baptiſmū quo nos bap
tiſaremur . et ideo in baptiſmo
chriſti ea demonſtrari debuerūt
que ptinēt ad efficaciam noſtri
baptiſmi · circa quam ſunt tria
conſideranda Primo quidē prin
cipalis virtus ex qua baptiſmꝰ
efficaciam habet que quidem v̊
tus eſt celeſtis et ideo baptiſato
chriſto apertum eſt celum vt o
ſtenderetur ꝙ de cetero celeſtis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

virtus baptiſmā conſecraret.
Secūdo opatur ad efficaciā baptiſ
mi fides ecclē et eius q̄ et baptiſa
tur vnde baptiſati fidem ꝯfitēn
tur et baptiſmus dicitur fidei ſa
cramentum. per fidem autem in
ſpicimus celeſtia que ſenſum et
racōnem humanam excedunt ꝛ
ad hoc ſignificandum xp̄o bapti
ſato aperti ſunt celi. Tercīo quia
p baptiſmum xp̄i ſpūaliter ape
ritur nobis introitus regni cele
ſtis q̄ p̄mo homini ꝑclusus erat
p peccatū. Vnde baptiſato criſto
apti ſunt celi vt oſtenderetur ꝙ
baptiſatis patet via in celū.
¶ Ad argumentum qd̄ fiebat ī
oppoſitum reſpōdetur ꝙ illa ap
cio nō fuit corporalis ꝙ realiter
celum fuiſſet diuiſum: ſed vide
bātur aperiri ſicut in choruſcacō
ne videntur aperiri. tantus em̄
ſplēdor fulſit ſup chriſtum bap
tiſatum vt viderentur celi apti
cōſequenter patet concluſio de
cōueniencia deſcenſus ſpiritus
ſancti ſup xp̄m baptiſatum dici
mus enim ꝙ cōuenienter dictū
eſt ꝙ ſpūs ſanctus ſup eum deſ
cendit et in ſpecie columbe ꝛ hoc
duplici racōne. ¶ Prima ad de
monſtrandum plenitudinē gra
cie in xp̄o. Secūda racō eſt vt ſu
per omnes baptiſatos inuiſibili
ter credatur deſcendere om̄s em̄
qui baptiſmo xp̄i baptiſantur ſpi
ritum ſanctum recipiūt niſi ficte
accedant. ſm̄ illud Math. iij.

Ipſe nos baptiſabit in ſpiritu
ſancto. et ideo cōueniens fuit vt
ſup baptiſatum dn̄m ſpūs ſcūs
deſcenderet et hoc in ſpecie colū
be ꝓpter diſpoſicōnem que req̄
rit in baptiſato: vt ſcʒ fictus nō
accēdat quia dicitur Sap. i. ſpi
ritus ſanctus diſcipline effugiet
fictum. Columba em̄ eſt aīal ſim
plex et aſtuta et dolo carens.
¶ Ad racōnem in oppoſitum re
ſpondetur ꝙ vt dicit Aug9. Cri
ſtus in baptiſmo corpus ſuum
ideſt eccliam prefigurare digna
tus eſt in qua baptiſati accipi
unt ſpiritum ſanctum et hoc eſt
qd̄ dictum eſt in ſecunda cauſa
aſſignata quare deſcendit ſpūs
ſanctus ſup chriſtum baptiſa
tum. ¶ Ceterum de voce patris
audita patet cōcluſio qm̄ cōue
niens fuit vt baptiſato chriſto
vox patris audiretur. tum p̄mo
vt oſtēderet ꝙ p baptiſmū bap
tiſati fiūt ſpūales filij Ioh. i. de
dit eis poteſtatem filios dei fieri
Secūdo quia in baptiſmo criſti
nō ſolum repreſentatur exēplū
et efficacia ſed eciam forma bap
tiſmi que eſt in nomine patris
et filij et ſpūs ſancti Math. vl
timo. Euntes docete omnes gen
tes baptiſantes eas in nomine
patris et filij et ſpūs ſancti. ꝛ io
in baptiſmo xp̄i vt Ieroni. ait
Miſterium trinitatis demōſtra
tur filius in natura humana bap
tiſatur ſpiritus ſanctus in ſpecie



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

columbe deſcendit· patris vox te
ſtimonium filio perhibentis au-
ditur et ideo conueniens fuit vt
in illo baptiſmo pater declarare
tur in voce· ¶ Ad argumentum
in oppoſitū· reſpōdetur negādo
cōſequenciam et racō eſt q diui
nitas xp̄i nō debuit omnibus in
eius natiuitate manifeſtari ſed
magis occultari in defectib9 infā
tilis etatis ſed qn̄ peruenit ad p-
fectam etatez in qua oportebat
eum docere et miracula facere et
homines ad ſe cōuertere tunc te
ſtimonio patris erat eius diui-
nitas indicanda vt eius doctrīa
credibilior fieret· Vnde et ipſe di
cit Joh· v· qui miſit me pater ip
ſe teſtimonium phibet de me et
hoc p̄cipue in baptiſmo per quē
homines renaſcūtur in filios dei
adoptiuos· Filij autez adoptiui
inſtruūtur ad ſimilitudinem filij
naturalis· Vnde hylā· dicit ſuper
Mat· Quia ſup ihz baptiſatū de
ſcendit ſpūs ſcs et vox pr̄is au-
dita eſt dicentis: hic eſt fili9 me
us dilectus vt ex hijs que ſerua
bātur in chriſto cognoſceremus
poſt aque lauacrum et de celeſti
bus partibus ſanctū in nos ſpi
ritū auolare et paterne vocis ad
opcione dei filios fieri· .

¶ In dominica prima poſt octa
uas epĥie eſt illud euangelium
In illo tempore Nupcie facte ſūt
in chana galilee 7c· Joh· ij· Cir-
ca quod pn̄t diſputari ſequētes
queſtiones· ¶ Prima vtrū chri
ſtus debuit miracula facere.
¶ Secunda vtrum conuenien-
ter xp̄us incepit facere miracula
in nupcijs mutando aquam in
vinum ita conuerſio aque in vi
num fuit primū miraculum per
eū factum· ¶ Tercia vtrum q̄s
fuit ſponſus in predictis nup-
cijs

Ad primam queſtionem
qua queritur vtrum cri
ſtus debuit miracula fa
cere ſic proceditur et videtur q
nō· Primo ſic· Factū enim chriſti
verbo ſuo debet cōncordare ſ ipſe
dixit Joh· vi· Generacō mala 7
peruerſa ſignum querit et ſignū
non dabitur ei niſi ſignū Jone
p̄phete ergo nō debuit facere mi
racula· ¶ Secundo ſic· Dicit
xp̄us in ſecundo aduentū ventu-
rus ē in v̄tute magna 7 maieſta
te ita i p̄mo aduētū venit in inſir
mitate· ſm illud Yſa· liij· Virū
doloris et ſciēcie infirmitatē ſed
opacō miraculorū magis ptinet
ad virtutem q̄ ad infirmitatem
ergo nō fuit cōueniens vt in p̄-
mo aduentu miracula faceret
¶ Tercō· xp̄us venit ad hoc vt
per fidem homines ſaluaret· ſm
illud hebre· xij· Aſpicientes in a-
ctorem fidei et cōſumatorem Ihe
ſum· ſed miracula diminuunt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

meritum fidei · Unde dñs dt Io.
iiij · Niſi ſigna et ꝓdigia videri-
tis non creditis ergo videtur ꝙ
xp̄c nō debuit facere miracula ·
¶ In oppoſitum eſt euangeliū
pſens in quo miraculū fecit de
cōuerſione aque in vinū · ¶ Rñ
deo dicendū ſub iſtā cōcluſione
ꝙ cōuenientiſſimū fuit vt xp̄us
miracula faceret · Pro cuius con
cluſionis declaracōe eſt ſciendū
ꝙ diuinitus cōceditur homi mi
racula facere ꝓpter duo · Primo
et principaliter ad cōfirmandū
veritatem quā aliquis docet : q̄a
enim ea q̄ ſunt fidei humanā ra-
cionem excedūt nō poſſunt ꝑ hu
manas racōnes probari : ß opor-
tet ꝙ probentur per argumētū
diuine v̓tutis vt dum aliquis fa
cit opera que ſol9 deus facere po
teſt credentur ea que dicuntur eē
a deo ſicut cum aliquis defert lit
teras ānulo regis ſignatas cre-
ditur ex volūtate regis proceſſiſ
ſe qđ in illis cōtinetur · Secūdo
ad oſtendendum preſenciam dei
ab homine per graciam ſpiritus
ſancti · vt dum ſcꝫ homo facit o
pera dei credatur deus habitare
in eo per graciam · Unde Gal · iij
qui tribuit nobis ſpiritū et ope-
ratur v̓tutes in nobis vtrumqꝫ
autem circa xp̄m erat hominib9
manifeſtandum ſcꝫ ꝙ deus eſſꝫ
in eo per graciam nō adopcōnis
ſed vnionis et ꝙ eius ſupnatu
ralis doctrina eſſꝫ a deo et iō con
uenientiſſimum fuit vt ipſe mi
racula faceret · Un̄ ipſe dicit Io.
x · ſi mihi nō velitis credere operi
bus credite et Ioh · v · Opera que
dedit mihi pater vt faciam ip-
ſa ſunt que teſtimoniū ꝑhibēt
de me · ¶ Ad racōnes in oppoſi-
tum ad primā reſpōdetur negā-
do ꝯñam et racō eſt quia hoc qđ
dicitur Math · xvi · Signū non
dabitur ei niſi ſignum Ione ſic
intelligendum eſt vt dicit Cri ·
ꝙ tūc nō acceperunt tale ſignū
quale de celo petebāt nō ꝙ nul
lum ſignum eis dedit vel ꝙ ſig-
nā faciebāt nō propter eos q̄s
ſciebat lapideos eſſe ſed vt ali-
os emūdaret · et ideo nō eis ſic
alijs illa ſigna dabantur. ¶ Ad
ſecundam reſpōdetur negāndo
cōſequenciam et racō eſt quia li
cet xp̄c venerit ī infirmitate car
nis venit tñ in v̓tute dei qđ erat
manifeſtandū ꝑ miracula ¶ Ad
terciā rñdetur negādo ꝯñaꝫ ⁊ rō
eſt ꝙ licet miracula in tantū di
minuāt meritū fidei inq̄tū ꝑ hoc
oñditur duricia eorū qui noluīt
credere ea que ſcripturis diuinis
ꝓbantur niſi ꝑ miracula tñ me
lius eſt eis vt vel ꝑ miracula cō
uertantur ad fidē q̄ꝫ ꝙ omino in
infidelitate ꝑmaneāt

Ad ſecundam queſtionē
qua queritur vtrum cri
ſtus conuenienter ince
pit facere miracula in nupcijs
mutando aquam in vinum · ſic



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

procedit*ur et videtur ꝙ nō. ¶ Primo ſic. Miraculū de ꝯuerſione aque in vinū fecit anno ſue etatis triceſimo vel xxxi. Sed i libro de infancia ſaluatoris legitur ꝙ xp̄us in ſua puericia fecit multa miracula. ergo videtur ꝙ tūc nō incepit facere miracula. ¶ Secūdo ſic. Xp̄us faciebat miracula virtute diuina ſed virtus diuina fuit in eo a principio ſue cōcepcōis. ex tunc enim fuit deus et homo. ergo videtur ꝙ a principio miracula fecerit. ¶ Tercio ſic. Xp̄us ante illud tempus cepit congregare diſcipulos vt legitur Math. iiij. et Joh. i. ſed diſcipuli congregati ſunt ꝓpter miracula. ergo videtur ꝙ an miraculum factum in nupcijs alia miracula fecerit. ¶ In oppoſitū eſt euangelium p̄ns vbi dicitur hoc initiū ſignorū fecit Jheſus

¶ Reſpōdeo dicendū ſub aliquibꝰ ꝯcluſionibus. Prima eſt. ꝙ ꝯuenienter xp̄c diſtulit facere miracula vſqꝫ ad ꝑfectam etatē aptam ad docendum. Iſta concluſio oſtēditur ſic miracula facta ſunt a xp̄o ꝓpter confirmacōnem doctrine ſue et ad oſtendēdam diuinam virtutem in ipſo. ideo quantum ad primū nō debuit ante miracula facere ꝙ docere inciperet nō debuit autē docere ante perfectam etatem qualis eſt. xxx. annoꝝ. Vnde Gen. xl legitur ꝙ. triginta annorum erat Joſeph quādo ſuſcepit regimen egipti. ſimiliter. ij. Re. v. legitur de Dauid ꝙ triginta annorum erat cum regnare cepiſſet. Item ezechiel eciam anno. xxx. cepit prophetizare. vt habetur ezechiel. i. et ideo ꝯueniens fuit vt xp̄c ante. xxx. annū nō doceret nec ꝑ ꝯſequens miracula faceret. Secūdo oſtenditur idē in quātum miracula ſua erant ſue diuinitatis manifeſtatiua quia ſic debuit per miracula diuinitatem oſtendere vt crederetur veritas humanitatis ipſiꝰ. i. non impediretur cognicō vere humanitatis ipſius. et ideo nō fuit ꝯueniens eum ante ꝑfectā etatē miracula facere ne eius incarnacō fantaſtica crederetur. Vnde Cri. ſup Joh. dicit. Decenter nō incepit ſigna facere ex prima etate exiſtimaſſent enim fantaſiam eſſe incarnacōnem et ante oportunū tempus cruci eum tradidiſſent.

Secūda ꝯcluſio ꝯuerſio aque i vinum fuit primū miraculū xp̄i abſolute patet iſta concluſio ex euāgelio p̄nti. Secūdo pꝫ ſic ꝙ oppoſitū ē ꝯtra veritatē euāgelij. ergo ꝯcluſio vera. Mīs ꝓbat ſic Joh. i. dicitur ꝙ xp̄us adhuc erat incognitus nō ſolū ipſi populo: ſed eciam Joh. precurſori eius ¶ Vnde dixit Joh. baptiſta loquens de eo dixit ⁊ ego neſciebā

eum ſcz añ baptiſmū ſimilit' lo-
quens iudeis dixit·medius veſ-
trum ſtetit quē vos neſcitis ſi āt
ante miracula feciſſ nō fuiſſ ſic
incognitus maxime ſuo pcurſo
ri qui ad ipſū manifeſtandum
natus erat·vt patet Luce·i·pri
mo etiā nec pcurſore indiguiſſet
quia eius miracula ſufficienter
manifeſtaſſent eum.et ideo di-
cere ꝙ fecerit miracula añ baptiſ
mū videtur eſſe expreſſe contra
euangeliū·Tercia cōcluſio ꝯue
nientiſſime xpc incepit facere mi
racula in nupcijs ·patet iſta cō-
cluſio quia per hoc Thacianū et
marcianū ceterosq; qui nupcijs
detrahūt pſidia ꝙ ſit dāpnabi-
lis inſinuauit·Nam vt ait beda
Si thoro immaculato et nup-
cijs debita caſtitate celebratis
culpa ineſſ nequāꝗ eas ſigno-
rum ſuorū inicijs cōſecrare volu
iſſet.Quarta cōcluſio cōueniē-
ter xpc primū miraculum fecit i
cōuertendo aquā in vinum que
cōcluſio patet quia p hoc appa-
ruit ꝙ nō ad ſoluendū legē aut
pphetas veniſſet ſed ꝙ ea que in
lege et pphetis ſcripta erāt ſpū
aliter forent intelligenda Vnde
Beda in omelia eiuſdem potuit
dominus vacuas implere ydri-
as vino qui in exordio munda-
ne creacōis cūcta creauit ex ni
hilo ſ maluit de aqua facere vi-
num quo thipice doceret non ſe
ad ſoluendū et improbandū: ſ
ad implendū pocius legem pro
phetaſq; veniſſe nec illa a ſe per
euangelicam graciam facere et
docere quāq; legalis et pphetica
ſcriptura ante facturum docturū
ꝙ ſignaret· Ad racōnes i op
poſitum ad primam reſpōdetur
ꝙ liber de infancia ſaluatoris ē
tanꝗ hereticus reprobatus eſt
enim multis mendacijs confec-
tus· Ad ſecundam reſpondet
negando cōſequenciā quia licet
poteſtatem miracula faciēdi ha
beret xpc a principio cōcepcōis
decuit tamen illam opari ſm qđ
neceſſariū erat ad ſalutem hūa
nam propter quā carnē aſſump
ſerat ⁊ ſic miracula fecit virtute
diuina vt fidei de veritate carnis
eius piudicium nō faceret·
Ad terciā tndet' negādo ꝯñaz
et vō eſt. ꝙ ad laudē diſcipulorū
illorū ptinz ꝙ xpm ſecuti ſūt cū
nulla eū miracula facere vidiſ-
ſent ſicut Grego·dicit in quadā
omelia et ꝙ dicit ꝙ crediderunt
in eū diſcipuli nō ꝙ tūc pmū cre
diderūt ſ quia tūc pfectius cre-
diderūt vel diſcipulos vocat eos
ꝗ futuri erāt diſcipuli vt refert
Aug9 ·in libro de cōſenſu euan-
geliſtarum

Ad terciam queſtionem
qua queritur quis fuit
ſponſus in pdictis nup
cijs ſic reſpondetur circa hoc eſt
duplex opinio vna ē ſm Ihero·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et Aug⁹ · in prologo · et in gloſa
q̄ ip ſe fuerit Joh̄ · euāgeliſta ·
Alia eſt opinio victorini Criſo ·
et Origeñ · q̄ nō fuerit Joh̄ . euā-
geliſta ſed alius . Probat hoc vi
ctorinus ſic Cum virginitas ſit
in carne corruptibili incorrupcio
nis perpetua meditacio · non eſt
credendum q̄ Joh̄ . cū de virgini
tate teſtimoniū phibeat vnq̄
in nupciis cōſenſerit . Dz ad hoc
dicit Albertus magnus ſup Jo ·
q̄ abſq̄ dubio celebrior opinio
eſt q̄ iſte ſponſus fuerit Jo . eu-
angeliſta et q̄ ſponſa fuit vna
de virginibus deo conſecrata po-
ſtea cū m̄re Jheſu pmanſerit . Et
ad argumentū victorini reſpon
det ſic q̄ ē incorrupcio ſm mēte
et incorrupcio ſm corpus et icor
rupcio ſm vtrumq̄ . Virginitas
autē que quidē radicē habet in
mente et ramos in corpore vt di
cit Ambroſius p̄mo et principali
ter meditacōnē habet in mente
In corrupcionis autē corpis me
ditacio p diuerſitate tpis eſt di
uerſa q̄ nō reuelato tempore grē
q̄uis incorrupcio corpis deſide-
retur tn̄ comitatē diſpēſacōni di
uine · ſic eciam beata virgo fuit
eo q̄ tūc matrimoniū fructifica-
bat grē diuine q̄ cum ppagacō
ne ſeminis fiebat eciam propa-
gacio religionis · Tēpore autem
reuelate gracie incorrupcō corpo
ris tenebatur in corpis integri-
tate et ſanctitate qd̄ autē verbo
caſtitatis fiebat eciam ad gēts
ppagacō religionis et q̄ matri
monium ante legem et caſtitas
tempore gracie deo fructificabāt
mrīmoniū abrahe nō prefertur
celibatui Joh̄ · q̄ caſtitatē quam
Joh̄ · exhibebat corpore Abrahā
habuit in habitu et mente et ta
lis incorrupcōnis meditacio eſt
virginitas vbi incorrupcō tene-
tur in mente et incorrupcō cor-
poris in habitu mentis q̄uis nō
ſit in corpore · Et qd̄ dicit Victo-
rinus q̄ nō cōſenſit Joh̄ · in cor-
rupcionē corporis intelligēdum
eſt de illa corrupcione que vio-
lat habitum continencie in men
te ·

¶ In dominica ſecūda legit̄ euā
gelium Math̄ · viij · in quo nar
rantur duo miracula · vnū de ſa
nacione leproſi aliud de ſeruo cē
turionis · Circa qd̄ pnt diſputa-
ri ſequētes queſtiones ¶ Circa
p̄mū queritur vtrū cōueniēs fu-
it q̄ xp̄c leproſū tangendo ſana
ret · ¶ Secūdo vtrū ſit verum q̄
iſte leproſus ideo poſtq̄ fuit ſa-
natus iuſſus eſt ire ad ſacerdo-
tem ad ſignificandū q̄ munda-
tus a lepra peccati p cōtricōnem
teneatur ſe oſtendere ſacerdoti
p cōfeſſionē · ¶ Tercio queritur
vtrū in xp̄o cadit admiracio ·
¶ Quarto vtrū verū fuit q̄ non
ſit inuēta tāta fides in iſrl̄ q̄nta
in centurione ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt ſanctus Thomas ⁊ magiſter
Nicolaus de lira. ¶ Reſpondeo dicē
dū ſꝫ iſta cōcluſiōe ꝙ verū ē ꝙ
doctores illi dicūt. Pro cui⁹ ple-
niori noticia eſt notandum. ꝙ
paſſio xpī ſine cuius virtute nec
actuale nec originale peccatū di
mittitur in nobis opatᷣ ꝑ ſacra-
mentoꝝ ſuſcepcōnē que ex ipſa
efficaciam habēt. et ideo ad cul-
pe remiſſionem et actualis et ori
ginalis requiritur ſacramentum
ecclīe vel actu ſuſceptū vel ſaltem
voto qn̄ articul⁹ neceſſitatis nō
contēptus ipſū excludit. illa au
tem ſacramenta que ordinantur
cōtra culpā cū qua ſolus eſſe nō
poteſt ſunt de neceſſitate ſalutis
⁊ ideo ſicut baptiſmus quo dele
tur originale peccatū eſt de ncc̄i-
tate ſalutis. Ita et penitencie ſa
cramentum ſicut autē aliquis ꝑ
hoc ꝙ baptiſmum petit ſe miniſ-
tris ecclīe ſubiecit ad quos ꝑti-
net diſpenſacio ſacramēti ita eci
am ꝑ hoc ꝙ cōfitetur peccatū ſu-
um ſe miniſtro ecclīe ſubicit vt ꝑ
hoc ſacramentū penitēcie ab eo
diſpenſatum remiſſionē conſeq̄
mur qui ꝯgruū remediū adhibe
re nō pt̄ niſi peccatum cognoſcat
qd̉ fit ꝑ cōfeſſionē peccantis. et
li et terre amminiſtracionem de
ſerierit et quaſi a patre receſſe-
rit. Unde licet nō ꝯueniat criſto
ſcdm diuinitatem includi in ven-
tre femine poteſt tamen ꝯueniē
racōne nature humane aſſump
te ſcdm quā potuit mori. licet ſcdm
diuinitatem immortalis fuerit.
¶ Ad terciam reſpondetur negā
do maiorē racō eſt. quia immū
diciam illam paciuntur concepti
ex commixtione maris et femine
hoc autem non habet locum in
concepcione filij dei de ſpiritu ſā
cto et ex Maria virgine et ideo
dicit Damaſcenus. tercio libro.
ꝙ filius dei conſtruxit ſibi ipſi ex
caſtis et puriſſimis ſanguinibꝰ
carnem animatam anima racio-
nali.

¶ In dominica quarta eſt euan
gelium. Abijt Jheſus tranſ ma-
re. ꝛc. Joh. vi. Circa quod poſ-
ſunt hec diſputari.

¶ Primo vtrum conuenienter
chriſtus ſaciauit quinqꝫ milia ho
minum de quinqꝫ panibus qui
reperti ſuut apud quendaꝫ in ſo
cietate. ¶ Secundo vtrum con-
uenienter chriſtus ſaciauit quin
qꝫ milia de panibus ordeaceis et
non de tritico. ¶ Tercio vtrū
xp̄c fuerit verus ꝓpheta ſicut dici
tur in euangelio

Ad primam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ conuenienci⁹ chri-
ſtus ſaciaſſꝫ quinqꝫ milia homi-
num de alijs panibus. ¶ Primo
ſic. Maius miraculum fuiſſꝫ ſaci
are tantam multitudinem de pa
nibus nouiter creatis ꝙ̄ de pani
bus preexiſtentibus. ergo vide
tur ꝙ conuenienci⁹ ſaciaſſꝫ il-
los de illis. ¶ Secundo ſic: Pa-
nes illi ſaciare non poterant tan
tam multitudinem niſi multipli
cati. ſed multiplicacio non vide-
tur poſſibilis. ergo ꝛc. Proba-
tur minor ſic. materia nō poteſt
tranſmutari de parua quantita-
te in magnam niſi per rarefactio
nem ſicut ex vno pugillo aque
generantur. x. aeris vel per alte-
rius materie addicionem ſed nō
eſt dicendū ꝙ per rarefactionem
multiplicati ſunt panes vt pateꝫ
ergo oportebit dicere ꝙ per addi
cioneꝫ exterioris materie ꝙ opor
tebit multū amplius eē ꝙ̄ quin
qꝫ panes cum ergo vnūquodqꝫ
denominādum ſit a maiori ꝑte
videtur ꝙ nō debeat dici quinqꝫ
milia hominū ſaciatos eē ex q̄n-
qꝫ panibus ſed ex alia materia
addita. ¶ Tercio ſic. Si aliqs
dicat ꝙ multiplicacio facta eſt
panum ſine addicione cuiuſcūqꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exterioris matrie vel noue crea
te contra quod hoc videtur non
bene intelligibile ꝙ aliquid ſit ī
ſubſtancia maius ſine addicio-
ne alterius rei vt probat ſanctus
Thomas in ꝑma pte·q·xcij·et ī
ſecūdo ſcripto·diſ·xviij· ¶ In
oppoſitum eſt euāgelium pſens
¶ R° dicendum ꝙ xp̄c couenī-
encius ſaciauit q̄nqꝫ milia homi
nū ex quinqꝫ panib⁹ qui reperti
ſunt in ſocietate ſua q̄ꝫ ex noui-
ter creatis·Patet cōcluſio quia
licet chriſt⁹ potuerit paſcere tur-
bas ex panibus nouiter creatis
voluit tamen ex panibus preexi
ſtentib⁹ multiplicatis illas refi-
cere duplici racōne.ꝑmo vt oſtē
deret ſenſibilia a dyabolo nō eſ
ſe ſicut manichei et rātes dicunt
nam ſi hoc verum eſſet deus non
vteretur ſenſibilib⁹ ad opus di
uine laudis precipue cum ip̄e ve
nerit vt diſſolueret opera dyabo
li·vt dr·i·Io·iiij·Secūda rō vt
oſtendat falſū eſſe ꝙ ipſi mani
chei dicunt ſcꝫ doctrinam veteris
teſtamenti nō eſſe a deo ſꝫ a dya
bolo vt ergo oſtenderet nō eſſe
aliam doctrinam noui teſtamen
ti q̄ꝫ que prefigurabatur et cōti-
nebatur in doctrina veteris teſta
menti preexiſtentes panes mul
tiplicauit innuens ꝙ ip̄e eſt qui
legem et perficit et adimpleuit
Math.v.Nō veni legem ſolue
re ſed adimplere ſic patet r̄nſio
ad primum argumentum in op

poſitū. ¶ Ad ſecundam reſpōde
tur ꝙ hic eſt triplex modus di-
cendi vnus eſt ꝙ chriſt⁹ panes
multiplicauit ꝑ addicionem ma
terie noue creatē. Alius mod⁹
dicendi eſt ꝙ ꝑ addicōnem alte
rius materie in formam panis ī
uiſibiliter inducendo et iſte mo
dus dicendi eſt ſancti Thome:
vn̄ ſic dr ī tercia pte multiplica
cio panum non eſt facta per mo
dum creacōnis ſed per addicio-
nem extranee materie in panes
conuerſe. Vnde Auguſtinus di
cit ſuper Ioh̄·Vnde multiplica-
uit de paucis granis ſegetes in
de in manibus ſuis multiplica-
uit quinqꝫ panes. Manifeſtū
eſt autem ꝙ per conuerſionem
materie preexiſtentis grana mł
tiplicantur in ſegetes eiuſdem
ſentencie eſt in prima parte.q.
xcij. ⁊ in ſecundo ſcripto·diſtin·
xviij·et ad probacionem contra
reſpondetur negando conſequē
ciam. et racio eſt: quia materia
que additur in panes illos con
uertitur. et ideo ex illis panib⁹
dicitur quinqꝫ milia hominum
ſaciaſſe·Tercius modus dicen-
di eſt ꝙ multiplicauit in ſeip-
ſis nihil nouiter creando nec a-
liquid addendo ad libitum ſue
diuinitatis iſtum modum dicen
di tenent aliqui antiqui·ſicut
hugo de ſancto victore et ma-
giſter ſentenciarum et domin⁹
Albertus magnus queadmodū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicunt corpus Eue formatū de
coſta. Alie dicunt enim ſicut de⸗
us poteſt de nihilo aliquid face⸗
re ita modicum corpus in mag
num cōuertere ſed iſtū modum
improbat ſanctus Thomas. ſi⸗
cut intelligibile ſicut dictū eſt
in tercio argumēto

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
ꝙ cōuenienctius ſaciaſſz
chriſtus turbas illas ex panib9
triticeis ꝗ͂ ordeaceis Primo ſic
in miraculo vini optimū vinum
fecit ex aqua. ergo videtur ꝙ cō
uenienciori modo debuit panez
facere quā ex panibus ordeaceis
ſcz de tritico et ex illis ẗbas ſaciaē
¶ Secūdo ſic illud miraculū eu⸗
kariſtiaz ſingulariter ſignificat
ergo videtur ꝙ debuit turbas
ſaciare de panibus frumenti cū
talis ſit materia ſacramenti eu⸗
kariſtie et nō de ordeo ¶ Tercio
quid eſt ꝙ fragmenta excreue⸗
rūt vſqȝ ad numerū. xij. cophi⸗
norū videtur eſſe ad quādā oſtē
tacionē. ¶ In oppoſitū eſt euan
geliū pſens. R° dicendū ꝙ ꝯue
nientiſſimū factū eſt quicquid a
xp̄o factum eſt cum ſit ſapiencia
omnia ſuauiter diſponens.
¶ Ad racōes in oppoſitū Ad pri
mā reſpondetur negando ꝯñam
et racō eſt iuxta albertū ꝙ aliud
eſt hic et aliud ibi. Illud em̄ mi
raculum de cōuerſione aque in
vinum de ſe ſeruiuit iocūditati nu

bencium. et ideo cōueniebat aquā
mutari in liquorem iocunditatē
facientē. Iſtud autē deſeruiuit
neceſſitati cōis turbe. et ideo a
forma neceſſitati ſeruienti illum
panē nō mutauit maxime vt di
cit Criſo. ne gule deſeruire vide⸗
retur. Preterea xp̄c noluit creaē
panes de nouo ſed p̄exiſtentes
multiplicauit miraculū vt eſſz
magis notum: ꝙ talis multipli
cacio eorūdem panū magis eſt
p̄ceptibilis ꝗ͂ creacō ¶ Ad ſecū
dam reſpondetꝰ negādo ꝯñaz. et
racō eſt ſm Albertū: quia h° mi
raculū ē ſignū remotū eukariſtie
et ideo expſſaz ſimilitudinē i ma
teria nō habuit. ¶ Ad terciā rñ
detꝰ ꝙ xp̄c nō fecit impleri illos
cophinos ad aliquam oſtenta⸗
cionē. ſ; vt oñderet factū miracu
lū nō eſſe fantaſticū p hoc ꝙ col
lecte reḡe domini cōſeruate ſūt
et alijs in cibum fuerunt. ꝙ au⸗
tem. xij. cophini fragmentorum
impleti ſūt nō a caſu ſed ex diui
na diſpoſicōne impleti ſunt ſm
numerū. xij. aploꝝ ſig̃t. vt dicit
Albertus magn9 ꝙ de reliquijs
chriſti que per quinqȝ panes ſig
nificantꝰ excreſceret doctrina apo
ſtolica in ſaturitatē mūdi

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur et videtur
ꝙ chriſtus non fuerat
verus propheta. Primo ſic pphe
cia videtur importare quandam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

obſcurã et imꝑfectã noticiã. ſm
illud Nu̅i. xi. Si quis fuerit int̃
vos ꝓpheta dn̄i ꝑ ſompnū aut
ꝑviſionē loquar ad eū. ſed xp̄s
habuit plenã et ꝑfectã noticiam
ergo nō fuit dicēdus ꝓpheta
¶ Secūdo ſic. Fides eſt eoꝝ que
nō habetur Ita prophecia ē eorū
que nō ſūt pn̄cia ſed diſtant Nā
ꝓpheta dicitur quaſi ꝓcul fans
ſed in xp̄o nō ponitur fides nec
ſpes. ergo nec prophecia.
¶ Tercio ſic. Propheta eſt infe
rioris ordinis ꝙ angelus ſed cri
ſtus nō eſt minoratus ab ange-
lis ſm noticiam anime ſed ſolū
ſm corꝑis paſſionē. vt dicit̃ ad
hebre. ij. ergo videtur ꝙ xp̄c nō
fuit ꝓpheta ¶ In oppoſitū ē eu
angeliū pn̄s. ¶ Rn̄deo ꝑmo ꝙ
xp̄c in q̄ntum fuit viator aliquo-
mō potuit dici ꝓpheta. ſicut dici
tur Deutro. xviij. Propheta ſu-
ſcitabit tibi deus de fratrib9 tuiſ
et ipſe de ſe dicit Math. xiij. et
Ioh. iiij. nō eſt ꝓpheta ſine ho-
nore niſi in patria ſua. Pro quo
ſciendum iuxta ſanctū Thomã
ſup Ioh. Q2 ꝓpheta dicit̃ videns
.i. R. ix. Qui nūc dicit̃ prophe-
ta olim vocabatur videns. viſio
ad vim cognoſcitiuã pertinet In
chriſto autē triplex fuit cognicō
ſcʒ ſenſitiua et ſm hanc habuit
aliquam ſimilitudinē cū prophe
tis in q̄ntum in ymaginacōe chri
ſti formari potuerūt alique ſpeci

es ſenſibiles quibus futura vel
occulta ꝑſentarētur precipue ꝓ
ter paſſibilitatem que ſibi cōue-
niebat ſm ſtatū viatoris. Item
fuit in chriſto cognicō intellecti
ua et q̄ntum ad hāc nō habuit ſi
militudinem cum prophetis ſed
eſt eciam ſuper angelos q̄a erat
comprehenſor excellencius q̄ ali
qua creatura. Itē fuit in eo cog-
nicio diuina et q̄ntum ad hāc fu-
it propheta̅ꝝ et angelorū inſpi-
rator cū omnis cognicō cauſetur
per participacionē diuini verbi.
Albertus vero ſup Ioh. dicit. Q2
chriſtus proprie nō dicit̃ prophe
ta niſi quo ad hoc ꝙ immobile ē
omne q̊d chriſtus enūciat Mat.
vij. Verba mea non tranſibunt
¶ Ad racōes in oppoſitū. Ad pri
mam rn̄detur negādo aſſumptū
et ad probacionem dicendū ſm
ſanctum Thomam in tercia ꝑte
ꝙ per illa verba non oſtenditur
eē de racōne prophecie enigmati
ca cognicio ſcʒ que eſt per ſomp
nium quia aliqui in viſione perce
perunt diuina vt Moyſes qui
palam et non per enigmata deū
vidit et tn̄ dictus eſt propheta.
vt patet Deutro. vltio. nō ſurre
xit vltra propheta in iſrł ſicut
Moyſes. Poteſt ſecūdo reſpon
deri iux̃ ſuperius poſita ꝙ et ſi cri
ſtus habuit plenã et ꝑfectã no-
ticiam q̄ntum ad ꝑtem intellecti
uã habuit tn̄ i ꝑte ymaginatiua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quaſdam ſimilitudines in q̃b9
etiã poterat ſpeculari diuina nõ
eñ ſolũ erat comp̃hẽſoꝛ ſed e-
tiam viatoꝛ ¶ Ad ſecundã rñde
tur negãdo ꝯñam. et racõ eſt: q2
nõ eſt ſimile quia fides eſt eoꝝ
que nõ videtur ab ipſo credente
et ſpes eſt eoꝝ que nõ habetur
ab ipſo ſperante. Sed ꝯp̃hẽcia ẽ
eoꝝ que ſũt procul a cõi omniũ
ſenſu cũ quibus ꝯp̃hẽſa conuer
ſatur et cõicat in ſtatu vie. et iõ
fides et ſpes repugnant pfectio
ni beatitudinis xp̃i nõ autem ꝯ
p̃hẽcia. ¶ Ad terciã reſpõdetur
negãdo ꝯñam. et racõ eſt q̃a an
gelus cũ ſit comp̃hẽſoꝛ eſt ſup̃
ꝯp̃hẽſaz qui eſt purus viatoꝛ nõ
autẽ ſup̃ xp̃m qui ſimul fuit via
toꝛ et comp̃hẽſoꝛ.

¶ In dñica in paſſione eſt euã-
gelium. In illo tempe Dicebat
Ihesus turbis iudeoꝝ. 7c. Ioh.
viij. Circa qḋ pñt diſputari ſe-
quentes q̃ſtiones. ¶ Prima eſt
vtrum xp̃c potuit redargui de a
liquo peccato ¶ Secũda eſt vtꝝ
xp̃c debuit ſine offenſione iude-
is predicare. ¶ Tercia eſt vtrũ
ſit verum q̄ Abrahã vidit diem
chriſti

[A]D primã ſic proceditur
et videtur q̄ xp̃c potuit
redargui de aliquo pec-
cato. Primo ſic in xp̃o fuit pecca-
tum. g° potuit redargui de pecca
to ꝯña eſt bona aſſumptũ ꝓbat
dicitur eñ in p̃s. xxi. ex perſona
xp̃i. Deus deus meus vt q̃d de-
reliquiſti me longe a ſalute mea
v̈ba delictoꝝ meoꝝ. ergo videt̃
q̄ in xp̃o fuerũt delicta. ¶ Secũ
do ſic dicit aplũs ad Ro. v. q̄ in
Adã omẽs peccauerũt ſcȝ q̃a in
eo oẽs originaliter fuerũt ſ3 xp̃c
fuit etiã originaliter in eo. ergo
in ipſo peccauit. ¶ Tercio ſic di
citur. ij. ad corin. v. q̄ deũs eum
qui nõ nouerat peccatũ ſcȝ xp̃m
ꝓ nob̃ fecerat peccatũ ſ3 illḋ verũ
eſt qḋ a deo factũ eſt. ergo i xp̃o
fuit aliqḋ peccatũ ¶ In oppoſitũ
eſt euãgeliũ pñs vbi xp̃c ait. q̃s
ex vob̃ arguet me de peccato vbi
dicit glo. cũ nullus poſſit argu-
ere. ¶ R° dicendũ ſub iſta ꝯclu
ſione In xp̃o nullũ fuit peccatũ.
nec originale nec actuale: Iſta
cõcluſio ptȝ. i. petri. ij. dr̃ de eo q̃
peccatũ nõ fecit nec inuẽtus eſt
dolus in ore eius et p ꝯñs de nul
lo peccõ redargui p̃t. Veritas hu
ius ꝯcluſionis ſic oñditur ex tri
b9 ꝓpter que xp̃c ſuſcepit defec-
tus nr̃os. Primo vt ꝓ nobis ſa-
tiſfaceret. 7 ex hoc ptȝ q̄ defectũ
peccati nõ aſſumpſit nec debuit
q2 peccatũ nihil opatur ad ſatiſ-
factionẽ q̃nymo virtutẽ ſatiſfa
ctiõis impedit. q2 dr̃ eccĩ. xxxiij.
Dona iniquoꝝ nõ ꝓbat altiſſi-
mus. Secũdo aſſumpſit defect9
nr̃os vt veritatẽ humane nature
cõprobaret. et ex hac etiã oſtẽdi
tur q̄ peccatũ aſſumere nõ debu
it: quia ex peccato nõ demõſtrat̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

veritas humane nature ꝙ pctm̄
nō ꝑtinet ad humanā naturā cu
ius deus eſt cauſa ſed magis eſt
cōtra naturā ꝑ ſeminacōnē dya
boli introductū vt Dama. dicit
Tercio aſſumpſit xpc defect9 no
ſtros vt nobis exemplū virtutiſ
ꝓberet ex qua ꝑte manifeſte ptꝫ
cōcluſio ꝙ peccator exempla vir
tutis ꝓbere nō potuit cū peccatuꝫ
cōtrariaṫ virtuti. Vn̄ xpus nullo
mō aſſumpſit defectū pcā nec o-
riginalis nec actualis. fuit enim
agnus ſine macula quacūqꝫ.
¶ Ad rōnes in oppoſitū. Ad pri
mā rn̄detur ꝙ ſicut dicit Dama.
iij. libro dupliciter dicitur aliquid
de xpō vno mō ſm ꝓprietatē na-
turalem et ypoſtaticā vt dicitur fa
ctus eſt homo et ꝓ nobis paſſuſ
eſt. Alio mō ſm ꝓprietatē ꝑſona-
lem et habitudinalē put ſcꝫ ali
q̄ dicūtur de xpō in ꝑſona nr̄a que
ſibi ſm ſe nullo mō cōueniūt. Vn̄
et inter. vij. regulas Ticonij q̄s
ponit Aug9. in tercio de doctrina
xpiana ꝑma ponitur de dn̄o et ei9
corpore cū ſcꝫ xpi et eccīe vna ꝑſo
na eſtimatur et ſm hoc xpc ex per
ſona mēbrorꝫ ſuorꝫ loquēs dicit
vba delictorꝫ meorꝫ nō ꝙ in ipſo
capite delicta fuerint. Vn̄ glo. ſu
ꝑ ps. dicit ſic. dicit xpc in ꝑſona
veteris hominis que ſtulta ſunt
et delicta ſūt cauſa quare tu lon-
ge es a ſalute mea. ¶ Ad ſe-
cundā reſpōdetur negādo mino
rem ſi per li originaliter intelli-
gat ꝙ fuerat in adam ſm ſemi-
nalem racōnem. Pro quo nō ꝙ
ſicut dicit Aug9. x. ſup Gen̄. ad
lrām nō omni mō chriſtus fuit i
Adam et in alijs patribus quo
nos ibi fuimus. nos enim fuim9
in Adam ſcdm racionem ſemi-
nalem et ſcdm corpulentam ſub
ſtanciā. quia ſcꝫ vt ipſe ibi dicit
cum ſit in ſemine viſibilis corpu
lencia et viſibilis racio vtrumqꝫ
currit ex adam ſed chriſtus viſi-
bilem carnis ſubſtanciam de car
ne vginis ſūpſit racō vero cōcep
cionis eius nō a ſemine virili. ſꝫ
longe aliter et deſuper venit. Vn̄
non fuit in Adam ſm ſeminalē
racōnem ſed ſolum ſm corpulē
tam ſubſtanciam et ideo chriſt9
non accepit actiue ab Adam hu
manam naturam ſed ſolum ma
terialiter actiue vero a ſpiritu ſā-
cto ſicut et ipſe adam materiali-
ter ſumpſit corpus de limo ter-
re. actiue autem a deo et propter
hoc chriſtus non peccauit ab A-
dam in quo fuit ſolū ſm mate-
riam ¶ Ad terciā rn̄detur negan
do cōſequenciam et ad dictum apo-
ſtoli reſpondetur ꝙ cū dicitur ꝙ
chriſtus fecit peccatum nō eſt in
telligendum ꝙ in ſe haberet ali
quid peccati ſed ꝙ fecit hoſtiam
pro peccato ſicut Oſee. iiij. dicit
Peccatum populi mei comedent
ſcꝫ ſacerdotes qui ſcdm legem

comedebant hoſtias pro peccato
oblatas et ſm̄ hūc modum dici
tur Pſa. liij. ꝙ deus poſuit in eo
iniquitates omniū nr̄oꝝ ⁊ quia
ſcʒ eum tradidit vt eſſʒ hoſtia ꝓ
peccatis omniū hominū vel rn̄de
tur ꝙ dn̄s fecit eum peccatum id
eſt habentē ſimilitudinē carnis
peccati. vt dicit Ro. viij. et hoc
ꝓpter corpus paſſibile et mōꝛle
qd aſſumpſit

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur ⁊ ſic vide
tur ꝙ xp̄us debuit ſine
offenſione iudeis predicare qd
xp̄c nō videtur obſeruaſſe in p̄
ſenti euangelio. Primo ſic dicit
Aug⁹. in libro de agone xp̄iano
in homine Iheſu xp̄o ſe nobis ad
exemplum vite prebuit fili⁹ dei
ſed nos debemus vitare nō ſolū
offenſionem fideliū ſed etiā infi
deliū. ſm̄ illud. i. corin. x. ſine of
fenſione eſtote iudeis et genti
bus et ecclē dei. ergo videtur ꝙ
chriſt⁹ etiam in ſua doctrina of
fenſionē iudeorum vitare debuit
¶ Secūdo ſic nullus ſapiens de
bet facere vnde effectū ſui opis
impediat ſed ꝑ hoc ꝙ xp̄c ſua do
ctrina iudeos turbauit impedie
batur effectus doctrine eius. dici
tur enim Luce. xi. Cꝫ cum pha
riſeos ⁊ ſcribas reprehenderet ce
perunt grauiter reſiſtere ⁊ os eius
opprimere inſidiantes ei et que
rentes aliquid capere ab ore ei⁹
vt accuſarent eum nō igitur vi
detur conueniēs fuiſſe ꝙ xp̄us in
ſua doctrina iudeos offenderet.
¶ Tercio dicit aplūs. i. thy. ij.
Seniorem ne increpaueris: ſed
obſecra vt patrem ſed ſacerdo
tes et principes iudeorū erant illi
us populi ſeniores. ergo videtur
ꝙ nō fuerint dictis increpacōni
bus arguendi ¶ In oppoſitum
habetur in euangelio p̄ſenti
¶ Rn̄deo dicendū ꝙ chriſt⁹ cō
ueniēter in predicacōne ſua qn̄
ꝙ offendit iudeos que concluſio
probatur. p̄mo ꝑ illud qd Yſaie
viij. fuit ꝓphetatum ꝙ xp̄c eſſet
in lapide offenſionis et in petra
ſcādali duab⁹ domib⁹ iſrl̄. Co
ueniencia aūt cōcluſionis oſtendit
ſic. ſalus multitudinis p̄ferenda
eſt paci quorūcumqꝫ ſingulariū
hominū. et ideo qn̄ aliqui ſua ꝑ
uerſitate multitudinis ſalutem
impediunt nō eſt cauenda eorū
offenſio a predicatore vel docto
re ad hoc ꝙ multitudinis ſaluti
prouideatur ſic. eſt autē ꝙ pha
riſei et ſcribe et principes iudeo
rum ſua malicia plurimum im
pediebant populi ſalutem. tum
quia impugnabant chriſti doc
trinam per quam ſolam poterat
eſſe ſalus tum quia prauis ſuis
moribus vitam populi corrum
pebant. et ideo non obſtante eo
rum offenſione dominus publi
ce veritatē docebat quā illi odie
bāt ⁊ eoꝝ vicio arguebat ⁊ iō de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Math. xv. ꝙ diſcipulis dn̄o di
centibꝰ ſcis ꝙ iudei audito hoc
verbo ſcā᷑ aliſati ſūt rn̄dit ſinite
illos ceci ſūt et duces cecoꝝ ſi ce
cus ceco ducatū preſtet ambo in
foueam cadunt. ¶ Ad racōes in
oppoſitū Ad primam reſpōdetur
ꝙ homo ſic debet eē ſine offenſi-
one omnibꝰ vt nulli det ſuo fcō
vel dicto minus recto occaſionē
ruine et ita fecit xp̄c ſi tamen de
veritate ſcandalū oriatur magis
eſt ſuſtinendū ꝙ̄ ꝙ veritas relin
quatur vt Grego. dicit. ¶ Ad
ſecundā reſpondetur ꝙ minor ē
falſa nam per hoc ꝙ xp̄c publice
phariſeos ⁊ ſcribas arguebat n̄
impediuit ſed magis ꝓmouit ef
fectum ſue doctrine ꝙ cū eorum
vicia populo innoteſcebanť mi
nꝰ aduertebātur xp̄o verba phá
riſeoꝝ ⁊ ſcribaꝝ qui ſemꝑ doctri
ne xp̄i obſiſtebant. ¶ Ad terciā
reſpōdetur ꝙ illud dictū apoſto
li eſt intelligendū de illis ſenio
ribꝰ qui nō ſolū etate vel eciā au
ctoritate ſed eciam honeſtate ſūt
ſenes. ꝫm illud Nu. xi. Cōgre-
ga mihi. lxx. viros de ſenioribꝰ
iſrl̄ quos tu noſti ꝙ ſenes ꝑpli
ſūt ſi autē auctoritatē ſenectutiſ
in inſtrumentū malicie vertant
publice predicādo ſūt manifeſte
et acriter arguēdi ſicut Daniel
dixit Daniel. xiij. O inueterate
dieꝝ malorum.

Ad terciam ſic proceditur ⁊
videtur ꝙ abraham nō
vidit diem xp̄i. ꝓbo ſic.
Abraham ſolū credidit diē xp̄i.
ergo falſū eſt ꝙ vidit ꝯn̄a eſt no
ta dicit eīn Augꝰ. ꝙ fides ē qua
creduntur que nō vident et Greg.
dicit ꝙ viſa nō habent fidē ſed
agnicione. ¶ Secūdo ſic. Cum
ens et verum ꝯuertanť id quod
nondū erat in rerū natura nō ꝑt
eē obiectum intellectus abrahe
ſed tempore abrahe nōdum erat
dies natiuitatis chriſti. Unde di
cunt angeli. Luce. ij. hodie natꝰ
eſt nobis ſaluator mūdi. ¶ Ter
cio arguitur ex euangelio Lu. x.
vbi chriſtus ꝯuerſus ad diſci-
pulos ait. Multi reges et pro-
phete voluerunt videre que vos
videtis et non viderunt. ergo vi
detur ꝙ nec ipſe abraham vidit
q̄d alij prophete non viderunt.
¶ In oppoſitum eſt euāgeliū ꝑ
ſens ¶ Reſpondeo dicendum
ſub iſta concluſione ꝙ verū eſt
ꝙ abrahaꝫ vidit in ſpū ſiue cog
nouit ꝑ fidē diē eternitatis xp̄i ⁊
diem incarnacōnis eiꝰdem Iſta
concluſio ponitur in glo. preſen-
tis euangelij que eſt beati augu
ſtini que ſic dicit. diez videre me
um incertū eſt an diem tēporalē
quo erat venturus in carnē an di
em eternitatis ſed vtrumqꝫ abra
ham vidit. Unde ineffabile gau
dium illi quanti enim eſt videre
verbū apud patrē ⁊ ꝙ ipſū cato

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

factū eſt hec gloſa. Probatur er
go ꝯcluſio quo ad ambas ptes
et pmo ꝙ vidit diem eternita=
tis xpi de quo dicit in pˢ. Ego
hodie genui te. De quo ſic dicit
Grego in omelia pn̄tis euange
lij tūc quippe diem dn̄i abraham
vidit cū in figura ſūme trinita=
tis tres angelos hoſpicio ſuſce=
pit quibus pfecto ſuſceptis ſic
trib⁹ quaſi vno locutus eſt: ꝙ
et ſi in pſonis numerus eſt trin
tatis in natura eſt vnitas diui=
nitatis ꝙ vero vidit diem aduē
tus filij in carnem oſ̄ditur ex tri
bus: Primo qn̄ dictū eſt ei in ſe
mine tuo benedicentur om̄s gē
tes terre. Gen̄. xxij. Secundo ex
iuramēto qđ exegit a ſeruo ſuo
heliazar. nā Gen̄. xxiiij. ait. Po
ne manū tuā ſup femur meum
et iura mihi p deū celi et terre ⁊c
Ex quo vt Grego. dicit ſignifi=
cabatur ꝙ de femore eius pceſ
ſurus erat ſm carnē deus celi.
Terciō oſ̄ditur ꝙ vidit diē xpi
qn̄ in imolacōe yſaac pfiguratā
cognouit paſſionem xpi ppter
qđ locus ille dictus eſt deus vi=
det vt dicitur Gen̄. xxij. ꝙ deus
fecit videre abrahā occultū xpi
miſteriū. ¶ Ad racōnes in oppo
ſitū Ad primam reſpōdetur ꝙ vi
ſio ſumitur dupliciter ſcȝ large
pro cognicōne ſm qđ dicitur. i.
corin. xiij. Videmus nūc per ſpe=
culū in enigmate. Alio mō ſtric
te et ſic dicitur noticia p demon=
ſtracōnem pbata etiā ſic diſtin
guitur cōtra fidem. ſm illud ad
Hebre. xi. Fides eſt argumentū
nō apparenciū Viſio autem capi
tur hic primo mō put ſcȝ accipi
tur large pro cognicōe ¶ Ad
ſecundam reſpōdetur negādo cō
ſequēciam de cognicōe fidei. et
racō eſt quia vt dicit Aug⁹. vi=
detur pſencia ſed creduntur abſē
cia ppter qđ etiā fides ſimilatur
auditui ꝙ de abſentib⁹ eſt. ſicut
auditu cognoſcim⁹ que cū ſint
abſencia nobis recitantur ¶ Ad
terciam reſpondetur ꝙ auctori=
tas illa intelligitur de viſiōe cor
porali quam habebant de criſto
diſcipuli ſui bene creditur ꝙ in=
ter hos qui deſiderabant ſic diem
criſti videre fuerit abraham quia
ab ipſo donum redempcōnis ex=
pectabat
¶ In dn̄ica ramis palmarum legit
paſſio criſti ſcd̄m Math. Cir
quod poſſunt hec diſputari
¶ Primo vtrum alius poſſibilis
fuerit et conueniencior modus
liberacōnis humani generis ꝙ
per paſſionem chriſti. ¶ Se=
cundo vtrum cōueniēter xpus
tali die voluit cum regali honore
intrare Iheruſalem

AD primam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ fuerit alius poſſibilis
modus et conueniencior. primo
ſic dicit Lu. i. nō erit impoſſibile

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apud deū omne verbū· ergo quo
cuq3 alio mō potuiſſ3 nos liberaſſe
¶ Secūdo ſic dicit Aug⁹· xiij· de
trini· iſtū modū quo nos p me-
diatorem dei et hominis hominē
Ihesū xp̄m deus liberare dignat̄
aſſerim⁹ bonū et diuine dignita
ti cōgruū· verum etiā oſtēdam⁹
aliū modū poſſibilē deo fuiſſe cu
ius poteſtati cūcta equaliter ſub
iacent· ¶ Tercio arguit̄ de cōue
nienciā· ſi em̄ xp̄c ſubiiſſ3 mor-
tē naturalē nihilominus genus
humanū redemptū fuiſſ3 q̄ mor-
tē ſoluiſſ3 quā nō debebat et hoc
fuiſſ3 ſine omni peccato alicuius
ergo videtur q̄ hic modus fuit
cōueniencior q̄ vnūquodq3 tāto
eſt cōueniencius q̄to ad ipſum
pauciora incōueniencia ſequūt̄·
¶ Quarto cōuenientiſſimū vi-
detur q̄ ille qui violenter et in-
iuſte detinet aliq̄d p ſuperioris po
tenciā ſpoliet̄ ſed dyabol⁹ nullū
ius in homine habebat quem p
fraudē deceperat et p quādā vio
lenciā ſeruituti ſubiectū detine-
bat ergo videt̄ cōuenientiſſimū
fuiſſe q̄ xp̄c dyabolū p ſolā potē
ciā ſpoliaret abſq3 ſua paſſione·
¶ In oppoſitū eſt euangeliū pre
ſens in quo dicit̄ Math· xxvi·
Pater ſi nō pōt trāſire calix iſte
niſi bibā illū fiat volūtas tua ſu-
p qd̄ verbū tractans Anſelmus
libro cur deus homo dicit nō po-
tuit tranſire calicē niſi biberit nō
q̄ mortē vitare nequiuerit ſed q̄

aliter mūdus ſaluari nō poſſ3 er-
go videtur q̄ alius modus non
fuerit poſſibilis ¶ Secūdo ſic di
cit Aug⁹· in· xiij· de trin· ſanādē
nrē miſerie cōueniencior alius
modus nō fuit q̄ p xp̄i paſſionē
¶ Reſpondeo dicendum circa
poſſibilitatē q̄ aliq̄d dicit̄ poſſi-
bile vel impoſſibile dupliciter· vno
mō ſimpliciter et abſolute· Alio
mō ex ſuppoſicōe qua diuiſiōe po
ſita ſit iſta p̄ma cōcluſio ſimpli-
citer et abſolute loquēdo poſſibi
le fuit deo· alio mō hominē libe-
rare q̄ p paſſionē xp̄i q̄ vt dictū
eſt nō eſt impoſſibile apud deū
omne verbū Lu· i· Secūda cōclu-
ſio loquēdo de poſſibili ex aliqua
ſuppoſicōe facta nō eſt poſſibilis
alius modus liberacōis humani
generis q̄ p paſſionē xp̄i. Iſta
cōcluſio p3 p̄mo q̄ eſt impoſſi-
bile p̄ſcienciā dei falli et eius vo-
lūtatē ſeu diſpoſicōez caſſari ſed
p̄ſciencia dei et voluntas dei fuit
q̄ genus humanū hoc mō libera
retur. ergo facta hac ſuppoſicōe
fuit impoſſibilis alius modus li
beracōnis. Secūdo ſic. Fidei non
p̄t ſubeſſe falſū ſed antiqui p̄res
crediderūt xp̄m paſſurū. ergo n̄
potuit ēē quin pateretur. Circa
cōueniencīā iſtius modi ſit iſta
cōcluſio tercia ex pte nr̄a cōuenē
ciōr modus ēē nō potuit q̄ p paſ
ſionē xp̄i ſed tn̄ deo nō aufertur
potēciā quin potuiſſ3 aliū cōueni
enciorē modū cuius potēcia limi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tata nō eſt ſed hoc eſt ſm alium
ordinem rebus impoſitum. Iſta
concluſio ſic declaratur tanto a-
liquis modus conueniencior eſt
ad conſequendum finem quāto
per ipſum plura concurrunt que
ſunt expediencia fini per hoc au-
tem ꝙ homo per paſſionem chri
ſti eſt liberatus multa concurrūt
ad ſalutem hominis pertinencia
preter liberacionē a peccato Pri
mo enim per hoc homo cognoſcit
ꝗ̄tum deus diligit hominem ⁊ ꝑ
hoc prouocatur ad eum diligen
dum in quo perfectio humāe ſa-
lutis conſiſtit. Vnde apoſtolꝰ di
cit ad Roma. v. Comendat deꝰ
caritatem in nobis qm̄ cum ini-
mici eſſemus criſtus pro nobis
mortuus ē Secundo quia per hoc
dedit nobis exemplum obedien
cie humilitatis conſtancie iuſti-
cie et ceterarum virtutum in paſ
ſione chriſti oſtenſarum que ſūt
neceſſarie ad humanam ſalutē
Vnde dicit. i. petri. ij. chriſtꝰ paſ
ſus eſt pro nobis vobꝭ relinqn̄s
exemplum vt ſequamur veſtigia
eius. Tercio ꝙ hoc ad maiorē
dignitatem ceſſit vt ſicut homo
victus fuerat et deceptus a dya-
bolo ita eciam homo eſſet qui dya
bolum vinceret et ſicut homo mor
tem meruit ita homo moriendo
mortem ſuperaret vt patet. i. co
rinth. xv. deo gracias qui nobiſ
dedit victoriam per Iheſum chri
ſtum. et ideo conuenencius fu-

it vt per paſſionem chriſti libera
remur ꝙ̄ per ſolam voluntatem
dei. ¶ Ad racōes in oppoſitum.
Ad primam et ſecundam rn̄de-
tur ꝙ loquuntur de poſſibili ſim
pliciter ⁊ abſolute. hoc enim mo
do alius modus fuit poſſibilis.
¶ Ad terciam reſpondetur du
pliciter ꝑmo negādo ꝯn̄am et ra
cō ē quia chriſtus pro omnibus
peccatis quantum ad ſufficienci-
am debuit ſatiſfacere nō ſolum
pro originali ſed eciam pro actu
ali pro quo infligitur violenta
mors. et ideo vt ſua ſatiſfactio
vtrumqꝫ peccatum comprehende
ret decens fuit vt morte turpiſſi
ma. quantum ad genus mortis
moreretur vt ſic non ſolum ſub
angelis deſcenderet per mortem
ſed eciam ſub hominibus per ge
nus mortis quantum ad acerbi
tatem et turpitudinem nec pec-
catum aliorum aliquid de conue-
niencia ſatiſfactionis addimit.
quia ſatiſfactō non eſt ex parte
infligencium paſſionē ſed ex ꝑ
te pacientis. Secūdo reſpōdetur
eciam negādo ꝯſequenciam et ra
cio eſt quia ſicut dicit Criſoſto-
mus. Chriſtus non ſui mortem
quam non habebat cum ſit vita
ſed hominis mortem venerat cō
ſumpturus. ¶ Vnde non propria
morte corpus depoſuit. ſed ab
hoībꝰ illatā ſuſtinuit ſi eciā egro
taſſet corpꝰ eius et in ꝯſpcū omīū
ſolueret̄ incōueniēs erat eū qui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliorum languores ſanaret ha-
bere proprium corpus affectū lan-
guoribus etiā ſi abſq; alio mor-
bo ſeorſum aliter corpus depoſu-
iſſet ac deinde ſe offerret et non
crederetur ei de reſurrectione dif-
ferenti quomō enim pateret xp̄i
in morte victoria niſi coram om-
nibus eam paciens p̱ interrup-
cionem tēporis ꝓbaſſet extinctā
¶ Ad quartā r̄ndetur negando
ꝯñam et racō q̄ licet dyabol⁹ in-
iuſte inuaſerit hominem tñ ho-
mo per peccatum iuſte erat ſub
ſeruitute dyaboli derelictus a deo
et ideo ꝯueniens fuit vt per iu-
ſticiam homo a ſeruitute dyabo-
li liberaretur chriſto ſatiſfacien-
te pro ipſo per ſuam paſſionem
fuit eciam hoc ꝯueniens ad vin-
cendam ſuperbiam dyaboli qui
eſt deſtructor iuſticie et amator
peccati vt chriſtus vinceret ꝛ ho-
minem liberaret nō per ſolā po-
tenciam diuinitatis ſed eciam p̱
iuſticiam et humilitatem paſſio-
nis vt Aug⁹ dicit xiiij. de trini.

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
q̄ non fuit conueniens
q̄ chriſtus intraret nūc Iheru-
ſalem cum regali honore Primo
ſic legimus Ioh. vi. Q2 criſtus
fugit in montem quando vidit
q̄ homines illi quos de quinq;
panibus et duobus piſcibus ſa-
ciauerat venturi erant vt facerēt
eum regem, ergo videtur q̄ in-
ꝯuenienter nunc a turbis hono-
rem regalem ſibi impendi permi-
ſit. ¶ Secundo ſic conuerſacio
chriſti debuit eſſe vniformis ſed
alijs vicibus quibus intrauit Ihe-
ruſalem non intrauit hoc modo
ſed p̱ pedes et ſine turbarū lau-
dibus et cum ramis. ergo vide-
tur q̄ nunc nō conuenienter in-
trauit. ¶ In oppoſitum eſt euā-
gelium p̄ſens. ¶ Rn̄deo dicen-
dum ſub iſta concluſione q̄ con-
uenientiſſime chriſtus intrauit
nunc Iheruſalem illo modo qui
deſcribitur in euangelio que ꝯ-
cluſio oſtenditur in ſingulis cir-
cumſtancijs aduentus ſui in Ihe-
ruſalem. Primo quidē dicit Cū
appropinq̄ret Iheſus Ieroſoli-
mis ꝯueniens enī fuit q̄ xp̄us
paſſurus appropinquare voluit
loco paſſionis vt p̱ hoc clareſce-
ret q̄ nō inuitus ſed ſponte pa-
teretur ſcḋm illud Yſa. liij. Obla-
tus eſt quia ipſe voluit. ſecūdo
vt dicit Beda ante quinq; dies
paſche venire voluit ſicut ex Io.
euangelio didicimus vt per hoc
eciam oſtenderet ſe eſſe agnum
immaculatū qui tolleret peccata
mundi. Agnus quippe paſchal'
cui⁹ imolacōe ꝑplus iſrł̄ ē ab e-
gipciaca ſuitute liberatus añ q̄n-
q; dies paſche i. decīa die mēſis
p̄mi iubebatur tolli. xiiij. aūt lu-
na ad veſperū iuſſus eſt immo-
lari ſignificās eū q̄ nos ſuo ſan-
guine redemptur⁹ ante q̄nq; dies

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

paſche·i·hodierna die magno p̄
cedēciū ſequēciūq̄ populorū gau
dio et laudacione deduct⁹ venit
in tēplū dei. Tercīo vt idem dicit
Beda ſic a turbis ſic rex appella
ri voluit vt per hoc eruditi-s quiſ
q̄ cognoſceret ip̄ſu ēē regē quē
ſic pphecia venturū olim p̄miſſa
ſignificauerat Zach·ix·dicens·
Dicite filie ſyon·i·iheruſalē ecce
rex tuus venit tibi manſuetus ſe
dens ſup azinā et pullū filiū ſub
iugalis vbi dicit albertus mag-
nus. xp̄c deſcribitur ab octo Pri
mo ab euidēcia veniēcis cū dicit
Ecce. Yſa·xl·Videbit oīs caro ſa
lutare dei. Secūdo a dignitate
poteſtatis ibi rex Yſa. dn̄s legiſ-
fer noſter de⁹ rex noſter Tercio
cōnaturalitate hominis quia tu
us quia generalitatē habuit cū
iudeis ꝑ humanitatē aſſumptā
Yſa. ix. paruulus natus eſt no
bis: Quarto appropinquacōe
amoris ibi venit Prouer·viij.
delicie mee ſolēt ēē cū filijs homi
num. Quinto ab vtilitate opis
redempcionis cū dicit tibi .i. ad
vtilitatem tuam. Sexto ab opti
mo habitu cordis cū dicit man-
ſuetus. Math, xi, diſcite a me
quia mitis ſum ꝛc: Septimo a
quiete regiminis cum dicitur· ſe
dens quies regiminis in quo nō
regnauerat cōcupiſcēcia ſꝫ reſidet
trāquilla ſapiencia. Yſa·xvi·p̄-
parabitur in miſericordia ſoliū
eius ꝛc. Octauo ab humilitate
conuerſacionis et a ſimplicitate
ſubiectionis cum dicitur ſup azi
nam ecce humilitas et pullum
filium ſubiugalis ecce ſimplici-
tas ſine duplicitate faſtus ſeculi
hoc autem nō ſic intelligendum
eſt q̄ ſederit ſuper vtrumq̄ ſimꝉ
et ſucceſſiue quia primo ſedit ſu
per pullum · qui tamen nō erat
domitus · quia adhuc non erat
applicatus humanis vſib⁹ vt ha
betur Marci·xi. et Luce. xix. iō
ſedit poſtea ſuper azinā hoc aūt
factum eſt in figura quia ꝑ pul-
lum ſignificabatur populus gen
tilis qui non fuerat ſubiectus iu
go legis. per azinam vero popu-
lus iudaycus qui laborauerat ſꝫ
lege ad hoc veniebat autē caſt⁹
vt vtrūmq̄ populum ſubiuga-
ret ſibi per fidem catholicam ⁊ ſic
chriſtus adimpleuit hoc qd̄ cele
bri fama diuulgatum erat· Za-
charie. ix. q̄ venturus eſſꝫ in ihe-
ruſalem in paupertate et humi-
litate ſedens ſuper azinam ⁊ pul
lum eius vt dictum eſt quia vero
ſimiliter prophetatū erat ꝑ Za
chariam q̄ in aduentu criſti in
iheruſalem ſuper azinam ⁊ pul-
lum ciuitas ierosolima exulta-
ret et letaretur hoc adimpletum
eſt et hoc in tribus. Primo quia
dicit q̄ plurima turba ſtrauerit ve
ſtimēta ſua in via ⁊ hoc fuit in ſig
nū exultacōis ⁊ honoris ⁊ ne azina

et pullus offenderet pedes ſuos
ad lapides. Secūdo in eo qđ di
citur alij ſcindebāt ramos de ar
boribꝰ ⁊c. viriditas ramoꝝ erat
ſignum leticie et exultacionis.
Tercīo in eo ꝙ dicitur ꝙ clama
bant dicentes. oſanna ideſt ſal
ua nos obſecro ſalute celeſti et
ſic omnia cōuenientiſſime ſunt
impleta. ¶ Ad racōes in oppoſi
tū. Ad primā rndetur negando
ꝯñam aliud enim eſt ſumere ab
hominibꝰ dignitatem regiā qđ
nō cōueniebat chriſto qui erat
omnis terre deus et rex regum ⁊
princeps regū terre. Aliud eſt ſu
ſcipere honorem ſibi debitū et a
ꝓphetis denūciatū. ¶ Ad ſecun
dam reſpondetur negādo ꝯñam
et racō eſt quia honor erat ꝓphe
tatus exhiberi ei illo tēpore et nō
alio et ideo voluit tunc et nō an
te nec ꝓpter hoc fuit veritas fac
ta aliqua in eius cōuerſacōe ſi-
cut nūc in rege qui in primo in-
greſſu ciuitatis ſuſcipitur cum
honore aliquo cum quo non ſu-
ſcipitur alijs vicibus quibus in
greditur

¶ In feria ſecunda legitur euā-
gelium. Ante ſex dies ⁊c. Joh.
xij. Circa quod poſſunt hec di-
ſputari. ¶ Primo vtrum conue
niens fuit vt chriſtus ſuper ca-
put ſuum vnguentum tanti pre
cij ſuperinfundi permitteret.
¶ Secundo vtrum chriſtus locu
los cum pecunia ſecum portari p
miſerat. ¶ Tercio vtrum con-
uenienter loculos pecunie portā
do Jude cōmiſerit.

Ad primam ſic proceditur
et videtur ꝙ non fuit
ꝯueniēs ꝙ chriſtus vn
guentum tanti precij ſuper ca-
put ſuum ſuperfundi permitte-
ret. Primo quia hoc ad laſciui-
am quandam expectāre videtur
¶ Secundo quia viſum eſt om
nibus diſcipulis inconueniens
Vnde aiunt vt quid perdicō hec
potuit ei venūdari et dari paupe
ribus. ¶ Tercio ſic hoc enim
non videtur conuenire cum do-
ctrina quam chriſtus docuit in
qua commendat miſericordiā
maxime. ¶ In oppoſitum eſt
euangelium preſens. ¶ Reſpō-
deo dicendum ꝙ conuenienter
chriſtus permiſit ſuper caput
ſuum ſuperfundi predictum vn
guentum. ¶ Vnguentum autem
dicitur hic liquor precioſus de re
aromatica expreſſus ſicut aqua
roſeacea exprimitur ex roſis. Iſta
concluſio patet ex duobus. pri-
mo ex cōmendacōne opis facti
Vnde chriſtus in excuſacōne fa
cti quam fecit. Dicit. quid mole
ſti eſtis huic mulieri. quaſi diceret
ſine cauſa bonum enim opꝰ ope
rata eſt in me nam pauper ſem
per habebitis vobiſcū. quaſi di
ceret ſemper poteſtis recuperare
ad faciendum illis elemoſinam

me autē nō ſemꝑ habebitis viſi
biliter vobiſcū conuerſantē ecce
ꝙ dicit bonum opus id fuiſſe ·
Secūdo patet ex cōmendacione
mulieris · cū ait Amen dico vobiſ
ꝙ vbicūqꝫ ꝑdicatū fuerit hoc euā
geliū dicetur ꝙ hoc fecit in me-
moriam. i. ad laudē eius recitabi
tur tanq̄ factū virtuoſū. Secū-
do nota ꝙ multa bona fiunt de q̄
bus ſi peteretur cōſiliū anteq̄ fi
ant nō fineremus ꝙ fierent · q̄a
forte fieri poſſent meliora poſtq̄
tamen iam incipiūt fieri dum bo
na ſint nō ſunt prohibenda ⁊ vt
dicit Criſo · dicit forte Ihesus an
teq̄ mulier effudiſſꝫ vnguentū
elegiſſꝫ potius dare pauperibus nūc
vero quia iam factum erat ꝓhi-
bentes comprimit dicens · ſini
te illam · ideſt nolite prohibere

¶ Ad racōnes in oppoſitū Ad
primā reſpondetur negādo aſſump
tum · Pro quo nota ꝙ vt dicit Au
guſtinus de doctrīa xpiana aliter
eſtimatur aliquid in ꝑſona com
munaliter in ꝑſona ꝓphetica ꝙ
in ꝑſona cōmuni eſtimaretur ſm
factum In perſona ꝓphetica ſm
ſui ſignificacionem. Nūc dico ꝙ
illa ꝑfuſio vnguenti in perſona
cōmuni ſignificaret laſciuiā · In
perſona prophetica ſignificacio-
nem · Vnde chriſtus permiſit il-
lud vnguentū ſuꝑ infundi ꝓpter
ſignificacōnem · ſignificat eīn ſe
pulturam chriſti vt ipſe dicit ad

ſepeliendum me hoc fecit · quaſi
diceret in hoc facto prefiguratur
ſepultura mea futura de propin
quo ¶ Ad ſecūdā reſpōdetur ne-
gando cōſequenciam nec iudici
um diſcipulorum cōparandum
eſt iudicio chriſti · Vnde chriſtus
refellendo argumenta eorum di
xit eis vos poteſtis recuperare ad
bene faciendum pauperibus ſed
n̄ poteſtis recuperare ad vngēdū
me corporaliter quia me nō ſem
per habebitis ſcꝫ ꝑſencia corpo-
rali ad habitandum vobiſcuꝫ in
carne paſſibili que indiget tali
vnctione ꝑ hoc patet ꝙ aliquod
opus minus neceſſariū pōt ꝑponi
magis neceſſario qn̄ imminet caſuſ
q̄ illud minus neceſſariū nō pōt abs re-
cuperari ¶ Ad terciam reſpōdetur
negādo aſſumptū. hec enim vnctō
cū fuerit opus pietatis et miſeri-
cordie exhibere xpō in nullo dero
gat doctrine xpi de exhibēda mi
ſericordia ſed magis cōſonat

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ xps incōuenienter lo-
culos ſecum portarī permiſit Pri
mo ſic nō fuit cōueniens chriſto
portare qd alijs ꝓhibuit ſꝫ alijs
ſcꝫ diſcipulis ſuis prohibuit por
tare pecunias Math · x · Nolite
poſſidere aurum nec argentū nec
pecuniam in zonis veſtris nec
peram in via · ergo ⁊c ¶ Secūdo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex illo Math. vi. Ne ſollicíti ſi
tis anime vr̄e quid manducetis
nec corpori veſtro quid induami
ni. vbi manifeſte ꝓhibet locu-
los hr̄e. ¶ Tercio idē arguit̄ ex
illo Math. vij. vbi ipſe ꝓhi-
bet de craſtino cogitare dicēs No
lite ſollicíti eſſe in craſtinū ſ; qui
ꝓhibet de craſtino cogitarē ꝓhi
bet loculos habere. ergo ꝛc.
¶ In oppoſitū eſt euāgeliū pn̄s
et Aug⁹. ſup Joh. et habet. q.
xxij. c. exemplū. ¶ R̄o dicendū
ꝙ cōueniens fuit vt xp̄c loculos
haberet in quib⁹ reponerent̄ ne-
ceſſaria in cuſtodiā que admini
ſtrabātur ſibi a fidelib⁹ in ſuſtē
tacionē ſuam et ſuoꝝ. Iſtā ꝯclu
ſio habetur in multis locis. Pro
quo notandū ſicut pleri⁹ nota-
uimus ſup decreto in p̄dicto. c.
Exemplū ꝙ quadruplici de cau-
ſa xp̄c loculos habuit. ¶ Primo
ad ſuſtentacionū pauperū vt di
cit Ihero. ſup illud Joh. xiij. de⁹
nō perā inquit nec virgā nec es
iubens deferri marſubiū ferebat
ad inopū miniſteriū hoc eſtima
uerūt diſcipuli cū dixit Jude qđ
facis fac cito vt aliq̄d inopib⁹
daret Secūdo cōuenienēt̄ dicit̄ ha
buiſſe loculos vt haberet vnde
emeret neceſſaria ad vſus ſuos
et ſuoꝝ ꝓpter imminentē ncā-
tatē tali đ causa habuit loculos
qn̄ tranſiuit ꝑ ſamariā ſicut legi
tur Joh. iiij. Samaritani enim
erāt inhoſpitales iudeis. Vn̄ di

citur lu. xix. ꝙ cū venit in iheruſa
lem Samaritani noluerūt eum
recipe et hac de cauſa diſcipulis
habere ꝑmiſit loculos. Vn̄ Luce
xxij. dicitur. qn̄ miſi vos ſine ba
culo ſine pera nūquid aliquid de
fuit vobis. at illi dixerūt. nihil.
dicit ergo eis ſed nūc qui habet
ſacculū tollat ſimiliter et peram
vt dicit quedā glo. in hoc datur
nobis exemplū vt nōnūꝙ cau-
ſa inſtāte de nr̄i rigore ꝓpoſiti in
termittere poſſumus. Tercio cō
ueníenter chriſt⁹ habuit locu-
los cū cōdeſcenſus infirmis dās
eis exemplū vt ſibi prouideant
forte eīn niſi chriſt⁹ loculos ha
buiſſ; putaret aliq̄s peccatū eē
ſi ſibi in poſterū neccāria ꝓuide-
ret. Vn̄ Aug⁹. in libro de ſermo
ne dn̄i in mōte dicit hoc autē di
co vehemēter cauendū eſt ne for
te cū videris aliquē ſeruū dei ꝓ-
uidere ne iſta neccāria deſint vel
ei vel eis quoꝝ cura ei cōmiſſa ē
iudicemus eū cōtra preceptum
domini facere et de craſtino eſſe
ſolliciatum. nam dominus cui mi
niſtrabant angeli propter exē-
plum ne quis poſtea ſcandaliſa
retur cum aliquem ſeruoꝝ eius
animaduertiſſet iſta neceſſaria
procurare loculos habere digna
tus eſt vſib⁹ neceſſarijs quic-
quid opus fuiſſet preberetur.
Quarto conuenienciꝰ chriſt⁹
loculos habuit. vt dicit Augu-
ſtinus ſuper Johannē et habet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in ꝑſtato ·c· exemplū. Exemplū
dm̄ accipite ꝯuerſātes in terra
quare habuit loculos cui ange
li miniſtrabant niſi quia ipſius
eccīa loculos habitura erat
¶ Ad racōnes in oppoſitum· Ad
pmam reſpondetur negādo ꝯ
ſequenciam ·et racio eſt vt dicit
Albertus magnus · nō ꝓhibuit
portare aurū et argentum ſiue
loculos niſi qn̄ miſit ad iudeos
apud quos ſemꝑ fuit impoſita
decima pauperū ad quā recipie-
bantur doctores et p̄dicatoēs ita
vt nihil eis deficeret qn̄ autē ad
alios miſit et qn̄ iā exoſi fuerūt
hoib⁹ dedit auctoritatē portandi
loculos vt patet Luce ·xxij·
¶ Ad ſecundam reſpondetˀ ne-
gādo ꝯſequenciam et racio eſt ꝙ
auctoritas illa Math· vi· intelli
gitur de ſuꝑflua ⁊ inordinata ſolli
citudine ¶ Ad terciam reſponde
tur negādo ꝯn̄am et racō ē quia
vt dicit Aug⁹. libro de opere mo
nachoꝝ cū dn̄s dixit· nolite ſolli-
citi eē ⁊c. nō dedit intelligere vt
nihil pecunie ſeruaretur a ſanctis
ſed ꝙ deo nō ꝓ pecunia ſeruiatˀ
et propter inopie timorē iuſticia
deſeratur

AD terciam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ nō fuit ꝯueniens ꝙ
xp̄c loculos pecunie portādos ꝯ-
miſerit iude Primo ſic· Dn̄s ſciuit
iudā fure ergo ꝯmittēdo ſibi lo
culos dedit ſibi occaſionē peccā
di ⁊ facultatē faciēdi dāpnū ſibi
et pauꝑib⁹ · ¶ Secūdo ſic· Inꝯ
ueniens eſt dare beneficiū ꝗ offi
cium ſcienter homini quē ſcit indi
gnū ſ₃ xp̄c ſciebat iudā indignū
eſſe · ergo ·⁊c· ¶ Tercio queritur
quare nō corripuit eū cū ſciret ta
lem et videtur hoc inꝯuenienter
factū cū xp̄c dedit doctrinā Ma
thei ·xviij· Si peccauerit in te fra
ter tuus corripe eū ·⁊c· ¶ In op-
poſitum eſt euāgeliū · ¶ Reſpon
deo dicendum ꝙ ꝯuenienter fe
cit chriſt⁹ loculos ꝯmittēdo iu-
de et hoc propter tres racōes Pri
ma que tangitur in ·c· p̄dicto ex
ēplū vt eciā eius fures cū pacienˀ
tolleret et eſt racō Aug quia nō
videtur bonus qui malos tolle-
rare nō potuit· Unde dicitur Can
ticoꝝ ·ij· Sicut liliū inter ſpinas
ſic amica mea inter filias . Secū
do ꝯmiſit loculos cuſtodiendos
iude vt ei omnē occaſionē ꝓdici
onis auferret cū haberet ex locu
lis ꝯcupiſcēcie mitigacōnē ſed
ſicut dicitˀ eccā· v· Auarus nō im
plebitur pecunia . Tercio ꝯmi-
ſit loculos iude vt doceret ꝙ ſpi
ritualia ſūt maiorib⁹ ꝯmitten-
da temporalia vero min⁹ dignis
Vn̄ dicit Albertus · dn̄s de tēpali-
b⁹ nos minorē curā ſemꝑ habē
docuit ⁊ ideo contemptibiliores
ad curā tēpaliū ponere ſicut pat₃
Act· vi· vbi Petrus poſuit alios
ad procurandū viduis miſterio

cotidiano tēporaliū de ſe autem
et alijs apoſtolis dixit. nos aūt
miniſterio verbi et oracōni in=
ſtātes erimus. Judas autē mi=
nor erat inter aplōs. vnde vlti=
mus inter eos nominat᷑ vt pa
tet Math. x. ⁊ Mat. iij. ¶ Ad
racōes in oppoſitū. Ad primā rñ
detur iuxta Albertū magnū ſup
Joh ꝙ qñ cōmiſſi ſūt loculi Ju=
de fur nō erat ſed iuſtus ſm̄ pre
ſentem iuſticiā et poſtea facul ta
tem habēs factus eſt fur in quo
nos docuit ꝙ in electionibꝰ ſuf=
ficit nobis preſentē iuſticiā attē
dere quia de futuris qualis quis
erit nō poſſumus ſcire. ¶ Ad ſe
cundam rñdetur eodē mō quia
tunc qñ cōmiſſi ſūt ei loculi dig
nus erat. ¶ Ad terciam cum
querit᷑ quare xp̄c eū nō corripuit
dicendū eſt iux Albertū ꝙ non
corripuit q̄a nō ſciuit vt homo
ſed vt deus docens nos nullum
debere corripere de hijs q̄ nō niſi
vt deus ſcimus

¶ In feria tercia legitur paſſio
ſcd̄m Marcum Circa quā paſſi
onem poſſunt hee queſtiones di
ſputari. ¶ Ad primam vtrum
Petrꝰ peccauit mortaliter negā
do chriſtum. ¶ Secūda vtrum
poſtq̄ chriſtus predixit Petrum
ſe negaturum fuit poſſibile Pe=
trum nō negare chriſtū. ¶ Ter
cio vtrum omnes apoſtoli fugiē
tes capto chriſto peccauerīt mor
taliter

Ad primam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ Petrus negando chri=
ſtum non peccauit mortaliter.
Primo ſic. Dicit enim quedam
glo. ꝙ peccauit per ſurreptionē
ſed peccatum per ſurreptionē eſt
veniale et nō mortale. Vnde pri
mi motus qui per ſurreptionem
fiunt venialia ſunt. ergo petrꝰ
negando chriſtum peccauit veni
aliter et non mortaliter. ¶ Se=
cundo ſic. dicit Bernardus in
libro de diligendo deo ꝙ in petro
fuit caritas ſopita non extincta
ſed ꝑ peccatum mortale caritas
extinguitur. ergo petrus nō pec
cauit mortaliter. ¶ In oppoſitū
eſt euangeliū pn̄s vbi dicit᷑ ma
nifeſte ꝙ petrus mētitus eſt ne
gādo xp̄m in fide q̄ cōfeſſus fue=
rat chriſtum eſſe filium dei Ma
thei. xvi. ergo petrus negādo chri
ſtum peccauit mortaliter ſm̄ il=
lud p̄s. Perdes omnes qui lo=
quuntur mendacium. ¶ Reſpō
deo dicendum ſub iſta concluſio
ne ꝙ abſq; dubitacōne petrꝰ ne
gando chriſtū peccauit mortali=
ter. patet iſta concluſio tum ex
.c. illo Ambroſij imitare petrum
vi. q. i. vbi iſtam. q. longius di
ſputauimus. Secundo patet ex
illo Gregorij qui in moralibus
ait ꝙ petrus ex ipſis faucibꝰ dy
aboli eripitur ſed in faucibꝰ dy=
aboli non eſt quis niſi ꝑ peccatū
mortale ergo petrꝰ negādo xp̄m

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peccauit mortaliter: Tercio pa-
tet iuxta ſanctum Thomam in
quodam quotlibeto Petrus ne
gauit fidem chriſti vbi periclita
batur et eius confeſſio require-
batur. ore enim confeſſio fit ad
ſalutem ad Ro. x. vbi innui vi-
detur ꝙ in tali cauſa cõfeſſio fi-
dei ſit de ncc̃itate ſalutis. Quar
to patet ex illo Math. x. Qui
negauerit me coram hominib9
negabo eum coram patre meo:
ſꝫ neõ negat̄ a chriſto coram pa
tre ſuo niſi propter peccatũ mor
tale. ergo cõcluſio vera. Quin-
to concluſio patet ex eo ꝙ nega
cioni adiũxit periuriũ ⁊ blaſphe
miam. Nam vt dicitur Math.
xxvi. Cepit deteſtari ⁊ iurare ꝙ
nõ nouiſſet hominem. ¶ Ad ra-
ciones in oppoſitum Ad primam
reſpondetur iuxta ſanctum Tho
mam vbi ſupra ꝙ ſurreptio du
plicit̄ accipitur. Uno modo ſꝫm
ꝙ opponitur deliberacõni et ſic
primi motus dicuntur eē ex ſur
repcione. ſic autem petrus ex ſur
repcione nõ peccauit. Alio modo
accipitur ſurrepcio ſꝫm qđ oppo
nit̄ electioni et ſic petrus ex ſur
repcõne peccauit quia nõ pecca-
uit ex electiõe quaſi ex certa ma
licia ſed ex paſſione timoris ta-
lis autem ſurrepcõ non excuſat
a mortali ſicut patet in continē
ti qui fornicatur motus concupi
ſcencia cum haberet propoſitum
continendi. ¶ Ad ſecundam eci

am reſpondetur per ſanctũ Tho
mam. ꝙ beatus Bernardus im
proprie loquitur et vt eius ver-
bum verificetur eſt intelligen-
dum de quadam dilectiõe fami
liaritatis quam petrus ad criſtũ
cõceperat que in eo manſit etiaꝫ
poſt negacõnem vel ſi intelliga-
tur de dilectione gratuita intelli
gendum eſt ꝙ nõ fuit extincta
ſꝫm ꝑdeſtinacõnem diuinam
que eius penitenciam prepara-
bat ꝗuis eſſꝫ ex ſe extincta Per
miſſus autem eſt a deo Petrus
cadere tum vt nullus ꝗtumcũ-
ꝙ iuſtus debeat ſe iactare de cõ
ſtancia vt dicit Ambroſius in p̄
dicto. c. imitare. tum ſecundo vt
dicit Grego. in. c. conſiderandũ
di. l. vt is qui futur9 erat paſtor
ecc̃e in ſua culpa diſceret q̃liter
alijs miſereri debuiſſet.

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ poſtꝗ̃ predixerat chri
ſtus petrum eum negaturum ꝙ
petrus nõ potuit eum nõ negare
Primo dicitur Math. xxiiij. Ce
lum et terra tranſibunt. verba
autem mea non tranſibunt ſed
verbum chriſti factum petro fu-
it ter me negabis. ergo illđ ver
bum xp̄i neceſſario implendum
ergo petrus non poterat non ne
gare. ¶ Secũdo ſic veritas nõ p̄t
falli ſed xp̄us eſt veritas Jo. iiij
ergo falli non poterat ergo Pe-
trus nõ poterat xp̄m nõ negare.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Tercio ſic. Sciencia xpiſti
cum eſſet ſciēcia dei eſt inuaria-
bilis. ergo neceſſario venturum
erat ꝙ chriſtus fiendum preui-
derat ſed preuiderat petrum ne-
gaturum. ergo petrus potuit nō
negare.

¶ In oppoſitum videtur euan
gelium hoc in quo vt viſum eſt
in queſtione prima Petrus ne-
gando chriſtum. peccauit ergo
non neceſſitate. ſed libere et vo-
luntarie quia ſm Auguſtinum.
peccatum adeo eſt volutarium
quod ſi non eſt voluntarium nō
eſt peccatum

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ du
pliciter poſſumus loqui de petro
vno modo ſm ſe conſiderato et
ſic dicimus ꝙ eius negacio erat
contingens et ad vtrumlibet. qꝛ
eius potencia libera libere pote-
rat ad oppoſita ſcꝫ ad negare et
non negare. Secundo modo po-
teſt conſiderari vt cadit obiecti-
ue ſub actu preuiſionis vel predi
ctionis negandi ⁊ ſic dicimus ꝙ
neceſſarium erat ipſum negare.
ſed quia illud quod conuenit a
licui ſm ſe et abſolute conuenit
ſibi ſimpliciter. quod autem cō-
uenit alicui ex aliquo conuenit
ſibi ſm quid. Unde negacō petri
poſt predictionem chriſti ſimpli-
citer erat contingens ⁊ ſm quid
neceſſaria. quia ſolum ſm quid
cadit ſub actu predicendi ⁊ non
ſm eſſe. neceſſitas autem ſcd̄m

quid ſtat ſimul cum contingen-
cia ſimpliciter ſicut patet ꝑ phi-
loſophum primo periermenias
ſicut album ſm quid et nigrum
ſimpliciter ſicut moueri ſortem
eſt contingens ſimpliciter ſꝫ mo
ueri dum currit eſt neceſſarium
Unde communiter diſtinguitur
iſta propoſicio omne ſcitum a deo
neceſſe eſt eē quia poteſt eē de di
cto vel poteſt eē de re et ſi ſit de di
cto vera eſt et ſi eſt de re eſt falſa
et ſic ad queſtionem reſponde-
tur ꝙ petrus ſimpliciter non ne
ceſſario ſed libere et contingēter
negauit et potuit non negare.
ſcd̄m quod autem ſcilicet ſcd̄m
quod ſubiacet ꝓdiſtinctioni cri
ſti non potuit non negare. ita vt
ibi ſit neceſſitas conſequencie et
non conſequentis

¶ Ad racōnes in oppoſitum. om
nes quaſi ſoluūtur vnica reſpon
ſione que patet ex dictis Ad pri
mam reſpondetur negando cōſe
quenciam ſimpliciter et conce-
dendo ſm quid ſcꝫ ſm quod ca-
dit ſub actu preuiſionis et predi
ctionis chriſti.

¶ Ad ſecundam eodem modo
reſpondetur. ¶ Ad terciam re
ſpondetur per diſtinctionem
datam vel negando conſequen-
ciam. et racio eſt. quia ſciencia
dei non eſt tantum quod res e-
ueniat quocumqꝫ modo ſed qꝺ
res eueniet cōtingenter vel neceſ
ſario. et ideo ꝙ diuina ꝓuidēcia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diſpōit euenire infallibilit᷑ ⁊
neceſſario ⁊ infallibilit᷑ eueniet
ꝯtingenter vero quidē ꝙ diuine
ꝓuidencie racō habet vt cōtingē
ter eueniat

**A**D terciam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ nō omnes apoſtoli fu
gientes xp̄o capto peccauerunt
mortaliter· Primo quia ſi om̄es
apoſtoli tunc peccauerunt mor‑
taliter videretur ꝙ fides ecc̄e de
feciſſet: ſed hoc nō eſt dicendū·
quia fides ecc̄e nūꝙ̄ deficit ſm̄
illud Oſee· Deſponſabo te in fi
dem ſempiternam· ¶ Secundo
ſic Petrus et apoſtoli alij ſignifi
cabant eccīam vniuerſalē· Vn‑
de Aug⁹. dicit ·xxiiij·q·i· Qd‑
cum ꝙ quod ſignificabat eccīaꝫ
vniūſalem. ergo ſi petrus et om
nes apoſtoli peccaſſent ꝙ tota ec
cleſia defeciſſ3· ¶ Tercīo ſic apl̄i
capto xp̄o fugierūt ex timore qui
poterat cadere in cōſtantem virū
ergo videntur excuſabiles a pec
cato ꝯn̄a videtur bona· ¶ In op
poſitum eſt euāgeliū p̄ſens vbi
dicitur om̄es ſcandalū paciemi
nō localem dexteram patris dici
mus ſed per dexteram patris di-
cimus gloriam et honorē diuini
tatis. ¶ Ad ſecundam reſponde
tur ꝙ racō illa procedit ſm qđ
ſedere ad dexteram intelligit᷑ cor
poraliter. vnde Augꝰ. dicit in q̄-
dam ſermone de ſimbolo ſi car-
naliter accepimus ꝙ xp̄c ſedet
ad dexteram patris ille erit ad ſi
niſtram ibi autē. i. in eterna be
atitudine omnis dextera eſt: q̄a
ibi nulla eſt miſeria. ¶ Ad ter-
tiam reſpondetur ꝙ xp̄o cōuenit
ſedere ad dexteram patris ⁊ ſm
qđ deus et qđ ſm hō. alio et alio
modo. Pro quo notandum ꝙ no
mine dextere tria intelligi poſ-
ſunt vno modo ſm Dama. glo
ria diuinitatis. alio modo ſm Au
guſtinum beatitudo patris. ter
cio ſm eundem iudiciaria pote-
ſtas ſedere ad dexteram patris
nihil aliud eſt ꝙ ſimul cum pa-
tre habere gloriam diuinitatis
et beatitudinem et iudiciariam
poteſtatem ſed hoc incōmutabi-
liter cōuenit chriſto ſm qđ deꝰ
Vnde manifeſtum eſt ꝙ chriſtꝰ
ſm q̊d deus ſedet ad dexterā dei
patris ita tamen ꝙ hec prepoſi-
cio ad que tranſitiua eſt ſolam
diuiſionem perſonalem impor-
tet et originis ordinem nō autē
gradum nature vel dignitatis q̄
nullus eſt in diuinis perſonis ⁊
ita ſm primam expoſicionē que
eſt ꝙ dextera patris. dicatur eq̄
litas eius xp̄o ſm q̊d deus eſt cō
uenit ſedere ad dexteram patris
et ad racionem in oppoſitū reſpō
detur ꝙ nō eſt incōueniens ꝙ fi
lius dicatur dextera et ſedere ad
dexteram ſm diuerſas ſimilitu-
dines quia metaphorice vtrum-
ꝙ dicitur. Dextera enim dicitur
ſcilicet ꝙ per ipſum pater opera
tur ſed ſedere ad dexteram racōe
p̄dicta ꝙ autē eciam ſm q̊d ho-
mo xp̄o cōueniat ſedere ad dexte
ram patris patet ſm ſecundam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

expoſicionē ſuperius dictā que ē
ſedere in potioribus bonis patꝛs
patet ꝙ xp̄c ſcḋm qḋ homo ſedet
ad dexteram patris in bonis pa
ternis potiorib⁹ pre ceteris i ma-
iori beatitudine et habens iudi-
ciariam poteſtatē. ¶ Ad racōnē
in cōtrarium reſpōdet ꝙ nō ꝓce
dit. quia non conuenit chriſto
ſcḋm qḋ homo ſcḋm primam ex
poſicionem que eſt eſſe equalem
patri ſed bene ſecundo modo vt
dictum eſt.

¶ Dominica infra octauas eſt
euangeliū. In illo tpe dixit Ihe
ſus diſcipulis ſuis. Cum venerit
paraclitus. ⁊c̄. Joh. xi. Circa qḋ
pn̄t diſputari ſequētes queſtio-
nes ¶ Primo vtrū ſpūs ſāctus
procedat a patre et filio. ¶ Se-
cūdo vtrū ſpiritus ſanctus ſuffici
enter ꝑhibuit teſtimonium de
chriſto

Ad primūm ſic procedit
et videtur ꝙ ſpūs ſcūs
nō procedit a filio ſed a
patre ſolo. Primo ſic ex pn̄ti eu-
angelio ſcḋm Dyo. Nihil eſt audē
dum dicere de ſubſtanciali diui-
nitate preter ea que diuinitus
nobis ex ſacris eloquijs ſunt ex
p̄ſſa ſ; in ſcriptura ſac̄ nō exp̄mi
tur ꝙ ſpiritus ſanct⁹ procedat a
filio ſed ſolum ꝙ procedat a pa
tre. vt patet in euāgelio p̄ſenti.
Joh. xv. vbi dicitur ſpiritū verita

tis qui a patre ꝓcedit. ergo ſpi
ritus ſanctus nō ꝓcedit a filio
¶ Secundo ſic. Dicit Dyo. pat
quidem eſt fontana deitas. fili⁹
et ſpiritus ſanctus de igne deita
tis ſcꝫ ſi ita oportet dicere pullu-
lacōnes ſunt diu̇ſe nature et ſic
flores ⁊ diuina lumina a ſāctis
eloquijs accepim⁹ ſed pullulacō
nō eſt a pullulacōne. nec flos a
flore. ergo nec ſpūs ſanctus a fi
lio. ¶ Tercio in legenda beati
andree dicitur. Pax vobis ⁊ vni-
uerſis qui credūt in vnum deum
patrem et in vnum filium ei⁹ do
minū noſtrū Iheſū chriſtū et in
vnum ſpm̄ ſanctū procedentem
ex patre et in filio ꝑmanentē. ꝙ
autē ꝑmanet in aliquo non pro
cedit ab eo. ergo ſpiritus ſāct⁹
nō procedit a filio. ¶ Quarto
ſic. Dicit Dama⁹ Spiritū ſan-
ctum ex patre dicimus et ſpiritū
patris nominamus. ex filio aūt
ſpiritum nō dicimus. ſpiritū aūt
filij nominamus. ergo ſpiritus
ſanct⁹ nō procedit a filio.
¶ Quinto ſic. Filius procedit
vt verbum. ſed ſpiritus noſter
in nobis nō procedit a verbo nrō
ergo nec ſpūs ſanct⁹ procedit a
filio. ¶ In oppoſitum eſt illud
athanaſij. Spiritus ſanct⁹ a pa
tre et filio nō fact⁹ nec creat⁹ nec
genitus ſed procedens. ¶ Secū
do ſic. anima noſtra eſt ymago
trinitatis ſed amor in aīa q̄ rep-
ſētat ſpm̄ ſcm̄ ꝓcedit a noticia q̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

repꝛ̄ſentat filium·ergo ⁊ in diui=
nis ſpūs ſanctus procedit a filio
¶ Tercīo ſic Oīs amor procedit
ab amante ſed ſpūs ſanctus eſt
amor patris et filij· ſm Aug·et
Dama·vt amor ambor̄u ergo ꝓce
dit ab vtroqꝫ· ¶ Quarto ſic
Spiritus ſanctus eſt tercia pſo=
na in trinitate· filius ſecunda :
pater prima·ſed ternarius pro=
cedit ab vnitate mediante bina
rio.ergo ſpiritus ſanctus proce=
dit a patre mediante filio·
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ quia
textus preſentis euangelij dicit
qui a patre procedit et nō addit
a patre et filio·dicūt greci ꝙ ſpi
ritus ſanctus nō procedit a filio
ſed ſolum a patre in quo graui=
ter errant· vnde ponitur contra
eos talis concluſio ꝙ ſuppoſita
trinitate pſonarum eſt neceſſari
um cōfiteri ſpiritum ſanctum ꝓ=
cedere a filio· Iſta cōcluſio oſtē=
ditur ſic· Nam hoc remoto ineui
tabiliter remouetur diſtinctio p
ſonalis ſpiritus ſancti a filio·
patet hoc·cum enim diuine per
ſone ſcd̄m nihil abſolutū diſtin
guantur quia quicquid abſolu=
te in diuinis dicitur ad vnitatē
eſſencie pertinet·oportet ꝙ ipſa
rum diſtinctio fit ſm relacōnes
oppoſitas·oppoſitas dico quia re
lacōnes diſtinguere nō poſſunt
pſonas niſi ſm qđ ſunt oppoſite
quod ex hoc patet : quia pater
habet duas relacōnes quarum
vna refertur ad filiū alia ad ſpi
ritum ſanctum·que tamen quia
non ſunt oppoſite non conſtitu=
unt duas perſonas ſed ad vnā
perſonam patris tantum ptinēt
Si igitur in filio ⁊ in ſpiritu ſan
cto nō eſſet inueniri niſi duas rela
ciones quibus vterqꝫ refert ad
patrem ille relacōnes nō eſſent
ad inuicē oppoſite ſicut nec due
relacōnes quibus pater refer=
tur ad illos·vnde ſicut perſona
patris eſt vna ita ſequeretur ꝙ
perſona filij et ſpiritus ſancti eſ=
ſent vna habens duas relacio=
nes oppoſitas duabus relacōni
bus patris hoc autem eſt hereti=
cū tollat fidem trinitatis cū opor=
tet igitur ꝙ filius et ſpiritus ſā=
ctus ad inuicem referantur oppo
ſitis relacionibus non poſſunt in
diuinis eſſe alie relaciones op=
poſite niſi relaciones originis op
poſite autem relaciones originis
accipiuntur ſcd̄m principium et
quod eſt a principio relinquitur
igitur ꝙ neceſſe eſt dicere vel fi=
lium eſſe a ſpiritu ſancto qđ nul
lus dicit vel ſpiritum ſanctum
eſſe a filio.quod nos cōfitemur
et quod fuit concluſio ſuperius
poſita que concluſio eciam patet
ex racione proceſſionis vtriuſqꝫ
Dicitur enim filius procedere p
modum intellectus vt verbum
ſpiritus autem ſanctus per mo=
dum voluntatis vt amor·neceſ
ſe eſt aūt ꝙ amor a vbo ꝓcedat

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nō enim aliquid amam⁹ niſi ꝙ
cōceptōe mentis apprehendimuſ
vnde hoc manifeſtum eſt ꝙ ſpi-
ritus ſanctus procedit a filio.
¶ Ad racōes in oppoſitū. Ad pri-
mam reſpōdetur ꝙ de deo dicere
nō debemus qḋ in ſacra ſcriptu-
ra nō inuenitur vel ꝑ verba vel ꝑ
ſenſum. licet aūt per verba expſ-
ſe nō inueniatur in ſacra ſcriptu-
ra ꝙ ſpiritus ſanctus ꝓcedat a
filio. inuenitur tamen quantum
ad ſenſum et precipue vt dicit fi-
lius Joh. xv. de ſpiritu ſancto lo-
quens ille me clarificabit. quia
de meo accipiet regulariter eciã
in ſacra ſcriptura tenendū eſt ꝙ
id quod de patre dicitur oportet
de filio intelligi. eciam ſi dictō ex-
cluſiua addatur niſi ſolum in il-
lis in quibus pater et filius ſm
oppoſitas relacōes diſtinguūtur
cum enim dn̄s. Math. xi. dicit
Nemo nouit filiū niſi pater non
excluditur quin filius ſeipſū co-
gnoſcat. ſic ergo cum dicitur ꝙ
ſpiritus ſanctus a patre ꝓcedit
nō excludit᷑ inde filius. eciam ſi
a ſolo patre adderetur. quia q̄n-
tum ad hoc quod eſt eſſe princi-
pium ſpiritus ſancti nō opponū-
tur pater et filius ſed quantum
ad hoc ꝙ hic ē pater et ille fili⁹.
¶ Ad ſecundam reſpondetur ne-
gādo cōſequenciam et racō ē. q̄a
racōnes ille ſunt ſimbolice; et iō
ex eis nō procedit argumentacō

ſicut idem Dyo. dicit in epiſtola
ad titū ꝙ ſimbolica theologia nō
eſt argumētatiua. ſ; eſt ſimilitu-
do q̄ntum ad aliud ſcʒ ꝙ flores
ſunt ab vno tamē nō eſt ſimili-
tudo quantum ad omnia.
¶ Ad terciam reſpōdetur negā-
do cōſequēciam et racō eſt. Spiri-
tus em̄ ſcūs p̄ot dici quieſcere in
filio tripliciter. Primo ſm huma-
nam naturam ſm illud Yſa. xi.
Egredietᷣ virga de radice yeſſe ⁊
flos de radice ei⁹ aſcēdet et req̄e-
ſcet ſuꝑ eum ſp̄s dn̄i quia in eo
nihil cōtrarium vnq̄ reperiit grē
Alio mō intelligitᷣ ſp̄us ſanctus
in filio requieſcere. quia virtus
ſpiratiua a patre datur filio ⁊ vl-
tra nō protenditur. Tercio ſm
qḋ amor dicitᷣ quieſcere in ama-
to in quo quietatᷣ amantis effe-
ctus per nullum autē iſtoꝝ mo-
dorum excluditᷣ proceſſio ſp̄us
ſancti a filio. ¶ Ad quartam re-
ſpondetur ꝙ in hac parte nō cre-
ditur Damaſceno. quia dicitur
fuiſſe illo tempore quo cepit iſta
contrauerſia ſuper hac queſti-
one inter grecos et latinos ta-
men nō negat quin ſit ex filio ſ;
dicit ſe nō credere ꝙ ſit a filio q̄a
adhuc inter eos indubio verte-
batur.
¶ Ad quintam reſpondetur. ꝙ du-
plex verbum ſcilicet vocale et
verbum mentis et duplici ver-
bo reſpondet duplex ſpiritus.

verbo enim vocali reſpondet ſpi
ritus corporalis· et verbo menta-
li ſpiritus amoris interni: vnde
dicimus ꝙ verbum ſm̄ genera-
cionem eternam eſt ſimile verbo
mentali· Joh· i· In pͥncipio erat
verbum· ⁊ ideo a verbo procedit
ſpiritus ſanct⁹ ſicut a verbo mē
tali amor ſed filius ſm̄ qd̄ car-
nem aſſumpſit habet ſimilitudi
nem verbi vocalis et ſicut forma
cio vocis fit per aerem reſpiratū
ita incarnacio verbi facta eſt ꝑ
operacionem ſpiritus ſancti ⁊ ita
tacō non procedit quia verbum
in diuinis nō accipitur ſm̄ ſimi
litudinem verbi vocalis a quo
nō procedit ſpiritus ſed ſm̄ ſimi
litudinem verbi mentalis a quo
amor ꝓcedit

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ ſpiritus ſanctus non
ſufficienter teſtimonium red di-
derit de xp̄o. Primo ſic cum dica-
tur in p̄s· Teſtimonium fidele
illuminans oculos ſapienciam
preſtans paruulis videt̃ ꝙ p̄ſt
ſufficiens teſtimonium de aliq̃
re omnis eſt ablata dubitacō de
illa et errores ceſſant. Sed poſt
teſtimonium ſpiritus ſancti de
chriſto non ceſſarunt dubitacō-
nes de eo nec errores ĩmo creue
runt: quoniā multi ſurrexerunt
errores circa paſſionem chriſti.
vt patet· ergo videtur ꝙ teſti-
monium ſpiritus ſancti factum
de xp̄o nō fuerit ſufficiens. ¶ In
oppoſitum eſt euangeliū p̄ſens
vbi ſpiritus ſanctus vocatur ſpi
ritus veritatis qui vt Joh. xvi.
dicitur, docet omnem veritatem
et Joh xiiij· dicitur. Inſpiracō o-
mnipotentis dat intelligenciam·
ergo teſtimonium ſpiritus ſan-
cti quātum eſt ex ꝑte ſui fuit ſuf
ficientiſſimum teſtimonium.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ te-
ſtimonium ſpiritus ſancti fuit
ſufficiens apud bene diſpoſitos
apud habentes deſiderium ſcien
di veritatem· Notandum autem
ꝙ ſpiritus ſanctus tripliciter ꝑ-
hibuit teſtimonium de chriſto·
Primo inſtruendo diſcipulos et
fiduciam eis prebendo ad teſtifi
candum· Math·x· Non enim
vos eſtis qui loquimini ſed ſpi
ritus ſanctus qui loquitur in vo
bis. Secūdo ſua dona cōicando
credētib⁹ in xp̄m ·ad heb·ij· Con
teſtante deo ſignis et ꝓdigijs et
varijs ſp̄s ſancti diſtribucōni-
bus. Tercō emoliendo audienci
um corda ·p̄s· Emitte ſpm̄ tuū
et creabūtur et renouabis faciez
terre· Secūdo notandū ꝙ a mul
tis xp̄us habuit teſtimoniū ſue
diuinitatis· Primo a patre ſuo
celeſti in baptiſmo et in tranſfi
guracōe· qui ait· Hic eſt fili⁹ me
us dilc̄us. ⁊c. Secūdo a ſpū ſan
cto ſicut dictum eſt. Tercō teſti
monium perhibuerūt opera mi-
raculorū q̄ nemo alius fecit· Vn

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Joh̄·vi. Opera que ego facio in
nomine patris mei teſtimoniū
ꝑhibent de me. Quarto moyſes
in lege. Unde Joh̄·vi. Si crede-
retis moyſi crederetis forſitan et
mihi. de me enim ille ſcripſit
Deutro·xviij. Ꝓphetā de gen
te tua et de fratribus tuis ſicut
me ſuſcitabit tibi dn̄s deus tuꝰ.
Quinto ſcriptura ꝓphetarū to-
cius veteris teſtamenti. vn̄ apo.
xix. Teſtimoniū iheſu eſt ſpūs
ꝓphecie. Sexto Joh̄ baptiſta.
vnde Jo·vi. Vos miſiſtis ad io-
hannem et teſtimonium ꝑhibu
it veritati. cum ait Joh̄. Ecce ag
nus dei qui tollit peccata mūdi.
Septimo turba clamancium in
die palmarum benedictus qui
venit in nomine domini. Octa-
uo apoſtoli de quibus dicitur in
preſenti euangelio et vos teſti-
monium ꝑhibebitis qui ab ini-
cio ſcʒ predicacōnis ⁊ operacōnis
miraculorum mecū eſtis. vn̄ act.
iiij. dicit. virtute magna redde-
bant apoſtoli teſtimoniū iheſu
xp̄i domini noſtri. ¶ Ad racō
nes in oppoſitū reſpondetur ne-
gando cōſequenciam et racō eſt.
quia ꝙ poſt teſtimoniū ꝑhibitū
a ſpū ſancto et ab omnibus iam
dictis nō fuerunt omnino ablati
errores et dubitacōes ab homini
bꝰ nō fuit ex inſufficiencia teſti-
monij. ſed ex indiſpoſicōe et ma
licia hominum nolencium accipe
re doctrinam veritatis. vnde bene
dicitur in p̄s. teſtimonium dn̄i
ſapienciā preſtans paruulis. i. hu
milibus et nō ſuperbis et rebelli
bꝰ lumini veritatis.

¶ In die penthecoſten euange
lium eſt. In illo tempore dixit ihe
ſus diſcipulis ſuis. Si quis dili
git me ſermonem ⁊c. Jo·xiiij.
Circa qd̄ ponūt diſputari ſequētes q̄
ſtiones. ¶ Primo vtrum ſpiri-
tui ſancto conueniat viſibilit̄ mit
ti. ¶ Secundo vtrum cōſequen
ter miſſus ſit in linguis igneis
¶ Tercio vtrum verum ſit ꝙ ſpi
ritus ſanctus docuerit apoſtolos
omnia.

Ad primam ſic proceditur
et videtur ꝙ ſpiritui ſan
cto nō conueniat mitti
viſibiliter. Primo ſic. Filius enī
ſcd̄m ꝙ viſibiliter miſſus eſt ī mū
dum dicitur eē minor patre. ſed
nūꝙ̄ legitur ſpūs ſanctꝰ minor
patre. ergo ſpiritui ſancto nō cō
uenit viſibiliter mitti. ¶ Secun
do ſic. Miſſio viſibilis eſt ſcd̄m
quod diuina ꝑſona aliquo mo-
do eſt in aliquo quo prius nō fu
erit ſed in nulla creatura viſibili
poteſt eē aliquo modo quo priuſ
non fuerit. Eſt enim in omnibꝰ
creaturis. eſſencialiter. potencia
liter. preſencialiter et inter hec

in ſanctis mentibus per graciaꝫ
quomodo ĩ aliquo viſibili corpo
re eſſe non poteſt. et videt̃ ꝙ miſ
ſio viſibilis ſpiritui ſancto nõ cõ
ueniat. ¶ Tercio ſic. Si dicat̃
ꝙ eſt in illis creaturis viſibilib9
alio modo quia ſicut in ſigno cõ
tra racõ ſacramenti eſt ꝙ in ipo
ſit deus ſicut in ſigno viſibili. ſi
ergo propter hoc dicitur viſibili
ter mitti. quia in rebus viſibili
bus eſt ſicut in ſignis. tunc ille
res erunt ſacramenta et in omni
bus ſacramentis eſſet miſſio vi
ſibilis quod eſt falſum.
¶ Quarto arguitur ſic Cum
omnis effectus ſit demonſtrans
ſuam cauſam eſt ſignum illius.
ſed omnes creature repreſen
tant ipſum deum tamꝙ̃ cauſam
per ymaginem vel veſtigium.
ergo ſm hoc in alijs creaturis vi
ſibilibus mittetur viſibiliter ſed
hoc eſt falſum. ergo ꝛc. ¶ In op
poſitum eſt euangelium preſens
vbi inquit xp̃c. paraclitus autem
ſpiritus ſanct9 quem pater mit
tet in nomine meo ꝛc. ¶ Reſpõ
deo dicendum ꝙ ſpiritui ſancto
conuenit viſibiliter mitti. patet
concluſio Math. iij. Spiritus
ſanctus deſcendit ſuper chriſtũ
cum baptizaretur in ſpecie colũ
be. et hodie ſuper apoſtolos ĩ ſpe
cie ignis Pro quo notandum ꝙ
deus vt dicit dyo. prouidet om
nibus ſm vniuſcuiuſqꝫ modum
eſt autem modus naturalis ho
minis vt p viſibilia ad inuiſibi
lia manu ducatur et ideo inuiſi
bilia dei oportuit homini per viſi
bilia manifeſtari. ſicut ergo de9
ſeipſum et proceſſiones eternas
perſonarum per creaturas viſibi
les ſm aliqua indicia quodãmo
do hominibus demonſtrauit. ita
cõueniẽs fuit vt inuiſibiles miſ
ſione diuinarum perſonarũ ſm
aliquas viſibiles creaturas mani
feſtarentur. ¶ Ad racões in op
poſitum dicendum. Ad primam
reſpondetur negando cõſequen
ciam. et racõ eſt quia filius crea
turam viſibilem in qua apparuit
in vnitatem perſone aſſumpſit
ſic. vt ꝙ de illa creatura dicitur
de filio dei dici poſſit. et ſic racõne
nature aſſumpte filius dicit̃ mi
nor patre. ſed ſpũs ſanctus non
aſſumpſit creaturam viſibileꝫ in
qua apparuit in vnitatem perſo
ne. vt ꝙ illi cõuenit de illo predi
cetur. vnde nõ poteſt dici minor
patre propter creaturam viſibi
lem. ¶ Ad ſecundam reſpon
detur negando cõſequenciam et
racõ eſt. qa minor eſt falſa dici
mus enim ꝙ ſpiritus ſanctus in
illa creatura viſibili in qua appa
ret eſt nouo modo ſcilicet ſicut
in ſigno. ¶ Ad terciam reſpõ
detur negando conſequenciam
et racõ eſt quia non eſt ſimile de
ſacramentis et de reb9 in qb9 ſit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

miſſio viſibilis · quia ſacramen
ta veteris legis ſignificabāt qui
dem grām affuturā nō pſentem
eo ꝙ in eis grā nō cōferebatur.
Sacramenta vero noue legis nō
tantum ſunt ſigna ſed etiā cau-
ſe quodāmodo et ipſam graciā
nō ſignificant vt iam habitam
ſed vt per ſacramenta inducen-
dam: ſed ille ſpecies ſunt tantū
ſigna preſentis gracie et nō cau-
ſe . ſicut patet ꝙ circa xp̄m ad
quem viſibilis miſſio facta ē ni-
hil gracie inuiſibilis effectum eſt.
Unde eciam omnes ad quos vi
ſibilis miſſio facta eſt grām ha-
bent · nō autem omnia quib⁹ ſa
cramenta cōferuntur graciā ſuſ
cipiunt: quia cauſalitas ſacramē
torum impeditur · ſignificāt enī
graciam non vt exiſtentem ſed
vt cauſandam quodammodo ꝑ
ipſa · ¶ Ad quartam reſponde-
tur negando conſequenciam . et
racō eſt quia nō ē ſimile de hijs
ſpeciebus et creaturis · quia ꝙ-
uis omnis creatura ſignificet de
um eſſe et bonitatem illius · non
tamen ſignificat ipſum eſſe per
graciā in aliquo niſi ad hoc ſpe
cialiter inſtituantur ſicut ille cre
ature viſibiles ad hoc ſpecialiter
facte ſūt vt in eis pſencia ſpūs
ſancti inſinuetur .

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
ꝙ non conuenienter ſpi-
ritus ſanctus miſſus eſt ſuper a
poſtolos in linguis igneis · Pri-
mo ſic · Quāto aliquid nobilius
eſt tanto nobiliores proprieta-
tes habet: ſed melioribus ꝓprie
tatibus creatura nobilius diui-
nam bonitatem repreſentat · Er
go cum miſſio viſibilis ſit ad ma
nifeſtandum diuinas perſonas
videtur ꝙ ſemp ꝑ creaturas no-
biliſſimas fieri debet vt per ſtel-
lam vel aliquid huiuſmodi ⁊ nō
per ignem aut columbam ·
¶ Secundo ſic · Spiritum verita
tis non decet aliqua fictio : ſed
ſpiritus ſanctus eſt ſpiritus veri
tatis vt dicitur Io · xv · ergo nō
decet per aliquas ſpecies quib⁹
nō ſubſit rei veritas apparere · et
ita videtur ꝙ lingue ignis vere
lingue et veris ignis fuerit · qđ
non eſt verum : quia nō combu-
rebat peracto illo officio · et idē ar
guitur de columba in qua appa
ruit ſuper chriſtum ꝙ verum ani
mal fuerit et tamen non fuit . er
go ⁊c · ¶ Tercio ſic . Spiritus
ſanctus vnus eſt · ſed ſignum de
bet rn̄dere ſignato · ergo videtur
ꝙ in vno tm̄ ſigno ſpūs ſanct⁹
apparere debuit · ſcꝫ in ſpecie co
lumbe ſicut prius et nō in lin-
guis igneis . ¶ In oppoſitū eſt
epiſtola preſentis diei · vbi dicit
de ſpū ſancto Apparuerunt illis
diſpertite lingue tanꝙ ignis · ſe
ditqꝫ ſuper ſingulos eorū ·
¶ R° dicendum ꝙ conuenientiſſi
me ſpiritus ſanctus miſſus ē ſup

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apoſtolos in linguis igneis Pro
quo notandum q̄ miſſio viſibi-
lis fit ad ſignificandum plenitu-
dinem gracie redundantis ī mul
tos propter quod manifeſtacio
talis alijs eciam fit. Redundat
autem gracia dupliciter· ſcilicet
per inſtruccionem et per operacio
nem ſcd̄m quod ſe habet aliquo
modo ille in quo eſt gracie pleni
tudo efficienter ad graciā· vtrū
q̄ autem modus redundancie fu
it in chriſto· ille enim per ſuam
doctrinam in dei cognicionē ad-
duxit· ipſe eciam graciam dedit
in quantum deus effectiue et in
quantum homo per modum me
riti Vnde ad ſignificandum redū
danciā gracie ip ſius in nos per
modum operacōnis facta ē miſ-
ſio viſibilis ad ipſum in baptiſ-
mo quia ſicut ipſe nihil recipiēs
a baptiſmo tactu ſue mūdiſſime
carnis vim regen eratiuā cōtulit
aquis efficienter vt deus. et me
ritorie vt homo· et in ſpecie colū
be eſt facta ad ipſum miſſio ſpi-
ritus ſancti ad ſignificādum ſpi
ritualem fecunditatem· quia co-
lumba animal fecundiſſimum
eſt. Propter quod eciam pater
apparuit in ſono vocis naturalē
filiacōnem ipſius proteſtans. di
cens ¶ hic eſt filius meus dile
ctus ꝛc· ¶ Ad cuius filiacōnis
ſimilitudinem per baptiſmalem
graciam in filios adopcionis re-

generamur· vt dicitur ad Ro-
ma· viij· Ad ſignificandum vero
redundanciam ex ipſo in alios
per modum doctrine apparuit ſpi
ritus ſanctus ſuper ipſum in nu
be lucida cuius eſt lumen doctri
ne ſpargere Job· xxxviij· Nubes
ſpargit lumen in quo ſignifica
tur effectus doctrine eius ꝑ pre
dicacōnem ſcd̄m Gregorium et
hoc in transfiguracōne· vt dicit
Math· xvij· ſcd̄m glo. Auguſti
nus ſimiliter et in apoſtolꝭ hijs
facta eſt miſſio viſibilis ſpiritus
ſancti. Primo ad inſinuandam
redundanciam gracie ex ipſis ꝑ
modum operacionis in admini
ſtracōne ſacramentorum in ſpe
cie flatus· vt legitur Johannis
ſecundo· Vnde ibi dicitur quorū
remiſeritis peccata ꝛc. vt oſten
deretur q̄ talis auctoritas non
deuenit in eos niſi ex influenciā
capitis ſcilicet chriſti· in ipſum
autem chriſtum deuenit imme
diate ab ipſo patre· et propter
hoc in ipſo ſignificat̄ hec auctori
tas per volatum columbe deſuꝑ
aduenientis in apoſtolis autem
ꝑ ſpeciem flatus a chriſto proce
dentis Secundo facta eſt ad eos
miſſio viſibilis ad inſinuandum
redundanciam per modum doc
trine et hoc in preſenti die. vnde
legitur Actuum ſecundo appa
ruit ſuper eos in linguis igne
is verbis vt eſſent perſſui et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caritate feruidi zelātes pximorū
ſalutē. ¶ Ad racōnes in oppo-
ſitum Ad primam reſpōdetur ne
gando cōſequenciam et racō eſt
quia q̄uis in nobilioribus crea
turis ſimilitudo diuine pfectio-
nis quo ad atrībuta eſſencialia
magis inueniatur tamen quo
ad exitum vni⁹ perſone ab alia
et quantum ad modum proceſſi
onis donorum adeo ⁊ effect⁹ ip-
ſorum poteſt eciam in ignobilio
ribus creaturis ſimilitudo conue
niencior attēdi ſicut fecunditas
in columba et locucio in lingua
et hoc oportuit per miſſionem vi
ſibilem ſignificari. ¶ Ad ſecun-
dam reſpondetur negando q̄ in
illa miſſione viſibili ſpiritus ſan
cti fuerit aliqua ficcio licet dicat̄
q̄ ignis ille nec fuerit verus nec
naturalis nec columba verum ⁊
naturale animal ſed tantum ſi-
militudo columbe viſibiliter oſ̄-
ſa in aliqua materia ad hoc pre-
parata. vnde et pacto officio in
priſtinam materiā eſt reuerſa
et ſimiliter de igne nec fuit ibi a
liqua ficcio quia ille ſimilitudi-
nes ignis aut columbe nō oſtē-
debantur ad manifeſtandū ali-
cuius veritatem in ipſa colūba
ſiue igne ſed ad manifeſtandas
proprietates inuiſibilis miſſionis
et ideo nō fuit ibi falſitas ſigni
quia ſignatum reſpondebat ſig
no et res ſimilitudini. ¶ Ad ter-
ciam reſpondetur negando con-
ſequenciam et racio eſt quia licʒ
ſpiritus ſanctus ſit vnus ſubſtā
cialiter habet tamen multos ef-
fectus ſm̄ quos dicit̄ multiplex
Sap. vii. Species autem ille in
quibus ſpiritus ſanctus appaꝛu
it ſignificabant effectus et ideo
ſcd̄m plures ſpecies apparuit
et pluries et ita racio non proce-
dit. ∴ ∴

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
q̄ ſpiritus ſanctus non
docuit in miſſione ſua apoſtolos
oīa. Primo vt apoſtoli p⁹ miſ
ſionem ſpiritus ſancti non ſciue
runt omnia. ergo ſpiritus ſan-
ctus non docuit eos omnia. con
ſequencia patet. et antecedens
patet de multis. Vnde Mathei
xvii. dicit. ¶ Secundo ſic apo
ſtolis non eſt datus ſpiritus ſā
ctus ſine menſura ſicut xp̄o de
quo dicitur Ioh. iii. Datus eſt
ſpiritus ſanctus non ad menſu-
ram. ergo non ſciuerunt omnia
conſequencia eſt bona. ¶ Ter-
cio ſic. Proprium videtur dei ſci-
re oīa cui oīa. patent ergo ſpūs
ſanctus non docuit apoſtolos ō
nia tunc enim videretur eos e-
quaſſe deo. ¶ In oppoſitum
eſt textus euangelii preſentis
¶ Reſpondeo dicendum q̄ lo-
quendo vniuerſaliter abſolute
ſpiritus ſanctus non docuit apo
ſtolos omnia vt argumenta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

facta ꝓbant. ſed dicitur eos do-
cuiſſe omnia ſm quadruplicem
intellectum. Primo dicit̄ ſpiritus
ſanctꝰ docuiſſe omnia quia nul
lus poteſt habere intelligenciaꝫ
de aliquo niſi per ſpiritum ſanctū
quia quātumcūqꝫ homo doceat
exterius niſi ſpiritus ſanctꝰ inte
rius det intelligenciā fruſtra la-
borat Job. xxxi. inſpiracō altiſſi-
mi dat intelligenciam. Secūdo
dicitur docuiſſe omnia quia om
nia neceſſaria ad ſalutem ad im
pugnacionem errorum et ad gu
bernacionem eccleſie ¶ Tercio
dicitur docuiſſe apoſtolos omīa
dādo eis intelligenciam omniū
q̄ audierāt a xp̄o a q̄ audierāt mul
ta que pro tunc nō intellexerunt
Quarto dicitur docuiſſe omnia
quia vt infra ſequitur ſuggeſſit
eis oīa. i. reduxit ad memoriam
omnia quecūqꝫ a chriſto audie-
rant q̄ꝝ multa obliti erant nec po
terant memorie cōmendare. quo
modo enim euangeliſta Joh. pꝰ
lx. annos potuiſſꝫ omniū verboꝝ
xp̄i que in euangelio ſcripſit me
moriam habere niſi ſp̄us ſanctuſ
ei ſuggeſſiſſꝫ. ¶ Ad racōes in op
poſitū patet rnſio ex dictis
¶ In die ſancte trinitatis euan-
gelium ē In illo tēpore. Erat ho
mo ex phariſeis &c. Joh. iij. Cir
ca quod diſputatū eſt in feſto
ſancte crucis. Sed circa ipſaꝫ fe
ſtiuitatem p̄nt hec diſputari.
¶ Primo vtrum ſit ponendus
numerus ꝑſonarum in diuinis.
¶ Secundo vtrū racōne natura
li poſſit cognoſci pluralitas ꝑſo-
narū in diuinis. ¶ Tercio vtrū
hoc nomen deꝰ pluraliter predi-
cet̄ de tribꝰ perſonis vt dicantur
tres dij.

Ad primam ſic procedit̄
et videt̄ ꝙ in diuinis nu
merus ꝑſonarū non ſit
ponēdus. Primo ſic. Dicit Boe
ciꝰ libro de trinitate hoc vere vnū
eſt in quo nullus eſt numerus
ſed deus eſt veraſſime vnus ergo
in eo nō eſt aliquis numerus
¶ Secūdo ſic. Dicit yſido. ꝙ nu-
merus dicitur quaſi nudus mu-
neris. i. diuiſionis ſed in dō nul
la eſt diuiſio. ergo nec aliquis
numerus. ¶ Tercio ſic. Perſo-
na eſt racionalis nature indiui-
dua ſubſtancia. ſi ergo in diui-
nis ſunt plures perſone ſequit̄
ꝙ ſint plures ſubſtancie ꝙ vide
tur hereticū. ¶ Quarto ſic. Plu
ralitas ꝓprietatum abſolutaruꝫ
nō facit diſtinctionem ꝑſonarū
neqꝫ in deo neqꝫ in nobis. ergo
multo minus pluralitas racōnū
reſpectiuaꝝ faciet diſtinctionem
ꝑſonaꝝ ergo nō pōt dici ꝙ faciat
diſtinctionē neqꝫ in deo nec in
nobis. ergo multo minus in dō
ſint plures perſone. ¶ In oppoſi
tum eſt illud quod habet̄. i. Jo.

vlamo tres ſunt qui teſtimoni
um dant in celo pater verbum
ꝛ ſpiritus ſanctus ¶ Item atha
naſius a.t in ſimbolo alia eſt ꝑ-
ſona patris alia filij alia ſpiritꝰ
ſancti ¶ Reſpondeo dicendum
ſub iſta concluſione ꝙ in diui-
nis ſm fidem catholicam eſt con
fitendus numerus perſonarum
realiter diſtinctarum Iſta cõclu
ſio patet ſic vbicumqȝ eſt diſtin
ctio vel diſcretio ibi eſt aliquis
numerus ſed diuine perſone ſūt
diſtincte ab inuicē qm̄ alia eſt
perſona patris alia filij alia ſpi-
ritus ſancti· ergo in diuinis eſt
numerus perſonarum pro cuius
intelligencia eſt notandum iux
ta ſanctum Thomam. Qȝ ſicut
racio vnitatis conſiſtit in diuiſi
one ita eciā racio numeri vel mł
titudinis conſiſtit in diuiſione
vel diſtinctione aliqua· vnde ea
que inuenimus diuerſa ſimpli
citer dicimꝰ eſſe multa ſimpliciť
et que inuenimꝰ diuerſa ſm q̄d
dicimus eſſe multa ſm quid· di-
uiſio autem ſimpliciter attendi
tur vel ſm eſſenciam ſiue formā
vel ſm quantitatem ſiue materi
am · Vnde ea que differunt ſm
eſſenciam dicimus eſſe multa vt
hominem ꝛ lapidem ꝛ ſimiliter
duas partes linee iam diuiſe di
cimus duas lineas ; diuiſio autē
ſm quid eſt que attenditur ſm
proprietates rei ſicut dicimus ho
minem album eſſe alium et di-

ſtinctū a ſe nigro et adhuc ma-
gis ſm quid in illis in quibꝰ at-
tenditur diuerſitas relacionū ſm
racionem tantum ſicut punctus
ſi diceretur multiplex ſm quod
eſt principium plurium linea-
rum · Dicendum eſt igitur ꝙ in
diuinis non eſt numerus ſim-
plex qui eſt per diuiſionem eſſen-
cie vel quantitatis ; ſed eſt nu-
merus quidam ſcilicet numerꝰ
relacionum non tamen exiſten-
cium in deo ſm racionem tantū
ſed realiter in ipſo ſubſiſtenciū
vnde numerus diuinarum per-
ſonarum eſt medius inter nu-
merum qui eſt numerus ſimpli-
citer ꝛ inter numerum qui eſt in
racōne tantum ſicut punctum di
citur multiplex ſm racionem tan
tum eſt enim minus de racione
numeri in numero perſonarum
q̄ꝫ in numero ſimpliciter et pluſ
q̄ꝫ in numero qui eſt ſm racōnē
tantum ſi autem comparemus
numerum perſonarum ad nume
rum proprietatum abſolutarum
qui eſt in creaturis habebunt ſe
ſicut excedencia et exceſſa ſi enim
attendatur racio diſtinctionis
inuenitur maior diſtinctio in ꝓ-
prietatibus abſolutis creatura-
rum q̄ꝫ in diuinis perſonis quia
color ꝛ ſapor diſtinguuntur ſm
aliud et aliud eſſe accidentale ſed
in diuinis perſonis eſt vnum et
idē eſſe triū perſonarū · Si aūt
cōſideretur ꝑfectio diuinorꝫ ſic nūs

pſonarum excedit quia relacio-
nes in diuinis ſunt ſubſiſtētes
pſone. vnde ad numerum relacō
num ſequitur numerus perſona
rum nō autem ad numerum pro
prietatū in creaturis · quia non
ſunt ſbſiſtentes ſ; tm̄ inherētes
¶ Nunc dicendum ad racōnes
in oppoſitū· Ad primam reſpōde
tur ꝙ Boecius loquit̄ de vnita-
te eēnciali· vnde in eēncia null9
numerus cadit ſed tm̄ in pſonis
qui eciā non eſt numeri abſolu-
te ſed numerus quidā· ¶ Ad ſe
cūdā reſpōdetur negādo ꝯſequē
ciā· ⁊ racō eſt ꝙ ꝗuis diuiſio nō
ſit proprie in dō eſt tamen ibi p
ſonarū diſtinctio que ſufficiat ad
racionem talis numerus qualis
ponitur in deo· ¶ Ad terciam re
ſpondetur negādo ꝯſequenciaꝫ
et racio eſt quia ſubſtancia non
ponit̄ in diffinicōne perſone ſm̄
quod ſignat eēnciam ſed ſcōm
qd ſignat ſuppoſitū qd patet ex
hoc qd addit̄ in diuidua ad ſig-
nificandum autē ſubſtanciaꝫ ſic
dictam habent greci nomen ypo
ſtaſis · vnde ſicut nos dicimus
tres pſonas ita ipſi dicūt tres y-
poſtaſes· nos autē nō conſueui
mus dicere tres ſubſtancias ne
intelligerent̄ tres eēncie propter
nominis equiuocacionem·
¶ Ad quartā reſpondet̄ negādo
ꝯſequenciā et racō eſt ꝙ propri
etates abſolute in diuinis vt bo
nitas et ſapiencia nō opponunt̄
ad inuicem· vnde nec realiter di
ſtinguūtur ꝗuis gͦ eis conueni
at ſubſiſtere tamen non ſūt plu
res res ſubſiſtentes quod eſt eē
plures pſonas proprietates au
tem abſolute in rebus creatis nō
ſubſiſtūt licet realiter diſtinguā
tur vt albedo· et dulcedo ſed pro
prietates relatiue in deo et ſubſi
ſtunt et realiter ad inuicē diſtin
guūtur · vn̄ pluralitas taliū ꝓpri
etatū ſufficit ad pluralitatē perſo
narū in diuinis

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ naturali racōne cogno
ſci poſſit pluralitas perſonarum
in diuinis· Primo ſic· Dicit eni
Ariſtotiles in pricipio celi ⁊ mū
di per hunc numerum ſcꝫ trina-
rium adhibuimus noſipſos ma
gnificare deum vnum eminentē
proprietatibus eorum que crea
ta ſunt· ergo videtur ꝙ ariſtoti
les in cognicionem trinitatis ve
nit· ¶ Secundo ſic. Dicit Aug·
vij ·confeſſio·ſe legiſſe in libris
platonicorum non quidem hiis
verbis ſed hoc ideꝫ omnino mul
tis et multiplicibus perſuadere
racōnibus ꝙ in principio erat v
bum et verbum erat apud deuꝫ
et deus erat verbum et hmōdi
que ibi ſequuntur in quibus ver
bis diſtinctio perſonaꝝ tradit̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ergo videtur ꝙ phi naturali ra-
cione cognouerūt trinitatem per
ſonarum diuinarum. ¶ Tercio
ſic dicit glo. Ro. i. Q2 magi pha
raonis defecerunt in tercio ſigno
ideſt in noticia tercie pſone. ſcȝ
ſpūs ſancti et ſic ad minus du-
as pſonas cognouerūt. ¶ Quar
to ſic dicit termegiſtus monas
gignit monadem et in ſe ſuū re-
flectit ardorē per quod videtur
generacō filij ⁊ ſpiritus ſancti p
ceſſio. intimari ergo cogniciō di
uinarum pſonarum poteſt p ra-
cionem naturalem haberi.

¶ Quinto ſic. phi potuerunt de
uenire in cognicōnē eorum que
in creaturis relucent: ſed in ani
ma impreſſa eſt ſimilitudo trini
tatis pſonarum. ergo videtur ꝙ
p potēcias anime quas phi mul
tum cōſideauerunt potuerunt in
cognicōnem trinitatis deuenire.

¶ In oppoſitum eſt illud ad he-
bre. ix. Fides eſt ſubſtancia rerū
ſperandarum argumentum nō
apparencium ſed deum eſſe trinū
et vnum eſt articulus fidei. ergo
eſt nō apparens racōni. ¶ Item
dicit Hylari⁹ libro de trinitate nō
poteſt homo ſua intelligencia ge
neracōnis ſecretum conſequi.

¶ Itē Amb. dicit Impoſſibile eſt
gnācōis ſcire ſecretū mēs deficit
vox ſilet ſed p originem genera
cionis et pceſſionis diſtinguit
trinitas in diuis. ergo homo per
racōnem naturalem nō poteſt ve
nire in noticiam trinitatis.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ im-
poſſibile eſt p racōnem naturalē
ad cognicōnem trinitatis diui-
narum pſonarum puenire. Pro
batur iſta cōcluſio. Naturalis ra
cio nō cognoſcit deū niſi ex crea-
turis. creature āt ducūt i dei cog
nicōnem ſicut effectus in cauſā
hoc igitur ſolum in racōne natu
rali de deo cognoſci poteſt quod
competere ei neceſſe eſt ſm qđ
eſt omnium enciū principiū. vir
tus autem creatiua eſt dei et cō
munis toti trinitati. vnde ptinet
ad vnitatem eſſencie et nō ad di
ſtinctionem pſonarum. p racio-
nem ergo naturalem cognoſci
poſſunt de deo ea que pertinent
ad vnitatem eſſencie nō ad di-
ſtinctionem pſonarum qui autē
pbare nititur trinitatem perſo-
narum naturali racōne fidei du-
pliciter derogat vt dicit ſanctus
Thomas in prima pte. Primo
quidem quantum ad dignitatē
ipſius fidei que eſt vt ſit de reb⁹
inuiſibilibus que racōnē huma
nā excedūt. Ad heb. ix. Fides ⁊c
allegatum eſt. Secundo quan-
tum ad vtilitatem trahendi ali-
quos ad fidem. cum enim aliqs
ad pbandum fidem inducit ra-
ciones que nō ſunt cogentes ce
dit in deriſionem infidelium cre
dūt enim ꝙ hmōi racōnib⁹ in
nitamur ⁊ pp̄ter eas credam⁹
ea igitur que fidei ſunt non ſūt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

temptãda probare niſi ꝑ auctori
tates hys q̃ auctoritates ſuſcipi
unt apud alios vero ſufficit defē
dere non eſſe impoſſibile qđ pre
dicat fides · Unde Dyoniſius
dicit ·ij· ca· de di·no· ſi aliquis ē
totaliter eloquijs reſiſtens lōge
erit a philoſophia noſtra· ſi aūt
ad veritatem eloquiorum ſcȝ ſa
crorum reſpicit hoc et nos cano-
ne vtemur· ¶ Ad racões in op
poſitum Ad primam reſpōdetur
negando conſequenciam· ⁊ racõ
eſt quia philoſophi non cogno
uerunt miſterium pſonarum di
uinarum per propria que ſūt pa
ternitas filiacio et proceſſio ſcḋȝ
illud apoſtoli ·ij· corinth· ij · Lo-
quimur dei ſapienciã quã nemo
principum huius ſeculi cogno-
uit· i· philoſo· ſm glo· cognoue
runt tamen quedam eſſencialia
attributa que appropriantur di
uinis perſonis ſicut potencia ap
ppriat' patri ſapiencia filio bo-
nitas ſpiritui ſancto. quod ergo
Ariſtoteles dicit per hunc nume
rum trinarium non eſt intelli-
gendum ꝙ ipſe poneret trinari-
um numerū in diuinis ſed vult
dicere ꝙ antiqui vtebantur nu-
mero trinario in ſacrificijs ⁊ ora
cionibus per quandam trinarij
numeri pfectionē que in omni
b9 creaturis apparet ſicut in pri
cipio medio et fine· ¶ Ad ſecun
dam reſpondetur negando cõſe
quenciam et racõ eſt. tum pmo

vel quia plato multa dicitur le-
giſſe in libris diuinis quos repe
rit in egipto et inde aliqua cog-
nouiſſe· tum ſecundo ꝙ verbum
non inuenitur in libris platoni
corum ſm qđ verbum nominat
perſonam genitam in diuinis ſ3
ſm qđ verbum intelligitur racõ
pdealis per quam de9 oīa condi-
dit que filio appropriat' que dici
tur mundus architipus ·
¶ Ad terciam reſpōdetur negā-
do cõſequēciam et racõ eſt quia
philoſophi nõ peruenerūt in cog
nicõnem diuinarum pſonarum
quantum ad propria ſed ſolum
quãtum ad appropriata nõ in ꝙ̃
tum appropriata ſunt quia ſic e
orum cognicõ dependet ex pro-
prijs ſed in quantum ſunt attri
buta diuine nature et ſi obijcia-
tur ꝙ ſimiliter deuenerunt in co
gnicõnem bonitatis que appro-
priatur ſpiritui ſancto ſicut in co
gnicõnem potencie et ſapiencie
que appropriatur patri et filio di
cendum ꝙ bonitatem nõ cogno
uerunt quantum ad potiſſimum
effectum ipſius ſcȝ incarnacio-
nem et redempcõnē ſ3 euanuerūt
in cogitacõnib9 ſuis vel quia nõ
tantum intenderunt veneracõni
bonitatis diuine ꝙ̃ eciam nõ imi
tabantur ſicut venerati ſunt po-
tenciam et ſapienciam · ¶ Ad
quartam reſpondetur negando
conſequenciam et racõ eſt quia
dictū termegiſti nõ eſt referēdū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a d generacionem filij vel proceſſi
onem ſpiritus ſancti ſed ad pro-
ductionem mundi· nam vnus de
us produxit mundum vnum pro
pter ſui ipſius amorem· ¶ Ad
quitam reſpondetur negando cō
ſequenciam ⁊ racio eſt quia ſimi
litudo trinitatis relucens in ani
ma eſt omnino imperfecta et de
ficiens ſed dicitur expreſſa ꝑ cō-
paracionem ad ſimilitudinem ve
ſtigij et ideo nō poteſt ducere in
cognicionem perfectā trinitatis
diuinarū perſonarum

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ nomen deus plurali-
ter debeat predicari de tribus per
ſonis vt tres perſone ſūt tres dij
Primo ſic Gen̄· i· vbi dicitur· in
principio creauit deus celum et
terram habet veritas hebray-
ca eloym quod poteſt interpre-
tari dij ſiue iudices et hoc dici-
tur propter pluralitatem perſo-
narum . ergo tres perſone ſunt
plures dij et non vnus · Secūdo
ſic· Sicut homo ſignificatur vt
habens humanitatem ita deus
ſignificatur vt habens deitatem
ſed tres ꝑſone ſunt tres haben-
tes deitatem · ergo tres perſone
ſunt tres dij. Tercio ſic· Hoc no
men tres cum abſolute dicat vide
tur ad ſubſtanciam ꝑtinere · ſed
hoc nomen tres pluraliter dicitur
de tribus perſonis· Dicit enī Au
guſtinꝰ libro de doctrina chriſti-
ana res quibꝰ fruendum eſt ſūt
pater et filius et ſpiritus ſanctꝰ
ergo pariter hoc nomen deus et
alia nomina eſſencialia poterūt
pluraliter predicari de diuinis ꝑ
ſonis vt dicant̄ tres dij aut tres
omnipotentes aut tres domi-
ni· ¶ In oppoſitum eſt illud
Exodi· ij . Audi iſrahel dominus
deus tuus vnus eſt · ¶ Reſpon
deo dicendum ꝙ nomen deꝰ nō
pluraliter ſed ſingulariter dicit̄
et predicatur de tribꝰ ꝑſonis ſm̄
illud Athanaſij· Deus pater de
us filius deus ſpiritus ſanctus·
nō tres dij ſed vnus eſt deus·
Pro quo notandum ꝙ nominū
eſſencialium quedam ſignificant
eſſenciam ſubſtantiue quedam
vero adiectiue ea quidem que ſb
ſtantiue eſſenciam ſignificāt nō
predicantur in plurali de tribus
perſonis cuius racō eſt ꝙ nomi
na ſubſtātiua ſignificant aliqͣd
per modum ſubſtancie nomina
vero adiectiua ſignificant ꝑ mo
dum accidentis qd̄ inheret ſbſtā
cie· ſubſtancia autem ſicut per ſe
habet eſſe ita per ſe habet vnita-
tem vel multidinem . vnde et ſin-
gularitas vel pluralitas nominiſ
ſubſtantiui attenditur ſcd̄m for
mam ſignificatam per nomen·
accidencia āt ſicut hn̄t eſſe in ſb
iecto ita et ex ſubiecto recipiūt
vnitatem vel multitudinem . et
ideo in adiectiuis ſingularitas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vel pluralitas attenditur ſcḋm
ſuppoſita in creaturis autem nō
reperitur vna forma in pluribus
ſuppoſitis vniformitate ordinis vt
forma multitudinis ordinate:
vnde nomina ſignificancia ta-
lem formam ſi ſunt ſubſtantiua
predicantur de plurib9 in ſingu
lari non autem ſi fuerint adie-
ctiua. dicimus enim ꝙ plures ho
mines ſunt collegium vel exer-
citus aut populus dicimus tamē
ꝙ plures homines ſunt collegi-
ati. in diuinis autem eſſencia
diuina ſignificatur per modum
forme que quidem ſimplex eſt ⁊
maxime vna. vnde nomina ſig
nificancia diuinam eēnciam ſb-
ſtantiue ſingulariter et nō plu-
raliter dicuntur de tribus perſo
nis: Hec ē igitur racō quare ſor
tem et platonem et ciceronez di-
cimus tres homines patrem au-
tem et filium et ſpiritum non di
cimus tres deos ſed vnum deū:
quia in tribus ſuppoſitis huma-
ne nature ſunt tres humanita-
tes. in tribus autem perſonis ē
vna eēncia que vero ſignificant
diuinam eēnciam adiectiue plu
raliter predicantur de tribus per
ſonis ꝓpter pluralitatem ſuppo
ſitorum dicimus enim tres exi-
ſtentes vel tres ſapientes aut
tres eternos aut tres increatos
et immenſos ſi adiectiue ſumā-
tur ſi vero ſubſtantiue ſumātur
dicim9 vnū increatū immenſū
et eternū vt Athanaſius dicit
Ad racōnes in oppoſitum Ad
primam reſpondetur negādo cō
ſequenciam et racō eſt quia diu
ſe lingue habent diuerſum mo
dum loquendi. vnde ſicut greci
ꝓpter pluralitatem ſuppoſitorum
dicūt tres ypoſtaſes ita et in he-
brayco dicitur pluraliter helohim
nos autē nō dicimus pluraliter
nec deos nec ſbſtancias ne plu-
ralitas ad eēnciam referatur.
Ad ſecundam reſpōdetur ne-
gando cōſequenciam. et racō eſt
quia licet deus ſignificet haben
tem deitatem eſt tamen ali9 mo
dus ſignificandi. nam deus dici
tur ſubſtantiue ſed habens dei-
tatem. dicitur adiectiue. vnde
licet ſint tres habentes deitatez
non tamen ſequitur ꝙ ſint tres
dij. Ad terciam reſpondetur
negando cōſequenciam. et racio
eſt quia hoc nomē res eſt de tra
ſcendētibus. vn̄ ſm qḋ pertinet
ad relacionem pluraliter predi-
catur in diuinis ſcḋm quod per
tinet ad ſbſtanciam predicatur
ſingulariter. vnde Aug9. ibidez
dicit ꝙ eadem trinitas quedam
ſūma res eſt

Dominica prima poſt trinita
tem eſt euangelium In illo tem
pore dixit Iheſus diſcipulis ſuis
Homo quidam erat diues ⁊c.
Luce. xvi. Circa hunc diuitem
dampnatum poſſunt diſputari
ſequentes queſtiones.

¶ Primo vtrũ aĩa ſepata poſſit
ab igne corporeo cruciari. ¶ Se-
cũdo vtrum anime dãpnatorum
videãt gloriam beatoꝝ ¶ Ter-
cio vtꝝ dãpnati vellẽt oĩes ali-
os eſſe dampnatos

Ad primam ſic pcediť
et videtur ꝙ anima ſe-
parata nõ poſſit ab igne
corporeo cruciari. Pͥmo ſic. Agẽs
ſemꝑ nobilius eſt paſſo vt Au-
guſtinus ſuꝑ Geñ. ad litteram
et Ariſtoteles. iij. de anima ſ; im-
poſſibile eſt eẽ aliquid corporeum
nobilius anima ſeparata. ergo
non poteſt ab aliquo corpore pa-
ti ſiue cruciari. ¶ Secundo ſic.
ſm phm primo de generacione.
et ſm boecium libro de duabus
naturis illa ſolum agunt et pa-
ciuntur ad inuicem que in mate-
ria communicant. ſed anima et
ignis corporeus non communi-
cant in materia quia ſpiritualiũ
et corporalium nõ eſt materia cõ-
munis. ergo anima ſeparata nõ
poteſt pati aut cruciari ab igne
corporeo. ¶ Tercio ſic omne qd
patitur recipit aliquid ab agẽte
ſi ergo anima patitur ab igne
corporeo aliquid ab eo recipiet ſ;
omne qd recipitur in aliquo eſt
in eo per modum recipientis. er-
go qd recipiť ab igne in anima
nõ eſt in eo materialiter ſed ſpi-
ritualiter. ſed forme rerum in a-
nima ſpũaliter exiſtentes ſunt
perfectiones ipſius. ergo eciam
ſi ponatur ꝙ anima paciatur ab
igne corporeo. hoc nõ erit in eiꝰ
penam ſed magis in eius perfe-
ctionem ¶ Quarto ſic. Omne
agens corporeum agit per conta-
ctum. ſed nõ pot eẽ aliquis cõta-
ctus anime et ignis corporei. q̃a
cum cõtactus ſit ſolũ inter corpo-
ra que habent vltima ſimul. er-
go anima ab igne corporeo non
patitur. ¶ Quinto agens cor-
poreum non agit in remota. niſi
per hoc qd agit in media ſed ani-
me et demones qñq; ſunt extra
locum inferni. cum qñq; in hoc
mundo appareant hominibꝰ nec
tamen ſunt immunes a pena et
tamen videmus ꝙ omnia inter-
media ab igne inferni non paci-
untur. ergo videtur ꝙ anime dã-
pnatorum penas quas ſuſtinẽt
nõ paciãtur ab igne corporeo.

¶ In oppoſitum eſt euangeliũ
pſens in q̊ ait diues dãpnatus
crucior in hac flamma.

¶ Reſpõdeo dicendum ſub iſta
concluſione. ꝙ anima ſeparata
poteſt pati ab igne corporeo et
cruciari ab eo. Iſta concluſio p-
batur. primo ſic. eadem eſt rõ de
animabus ſeparatis et demoni-
bus q̃ ab igne corporeo pati poſ-
ſunt ſed demones paciuntur ab
igne corporeo in quem corpa dã-
natorum poſt reſurrectionem p-
cientur. vt patet ex euangelio

Math·xxv· Ite in ignem eter=
num qui paratus eſt dyabolo et
angelis eius·ergo et anime ſe=
pate ab igne corporeo pati pn̄t
Unde Gregorius ·iij·libro dyalo
gorum dicit· Si dyabolus ⁊ ei9
angeli cum ſint incorporei. cor=
poreo igne ſunt cruciandi· quid
mirum et ſi anime anteq̄ recipi
ant corpora poſſint igne corpo=
reo cruciari · quaſi diceret· nō eſt
mirum. Secundo ſic· Pena dēt
reſpondere culpe ſed anima per
culpam corpori ſe ſubijcit p pra=
uam concupiſcenciam· ergo iu=
ſtum eſt vt in penam rei corporee
ſubijciatur per paſſionem·vnde
firmiter tenēdum q̄ anima ſe=
parata pati affligi et cruciari poſ
ſit ab igne corporeo ſed circa mo
dum quo pati poſſit diuerſi diu
ſa dixerūt·que omnia enarra=
re eſſet longū et ideo tantum=
modo aſſignabimus modū quē
ſanctus Tho·in·iiij·diſt·xliiij·
ponit·Dicit enim ſic·q̄ corpus
in ſpiritū naturaliter agere non
poteſt nec ei aliquo modo obeſ=
ſe vel ipſum grauare niſi ſcd̄m
qd̄ aliquo modo corpori vnitur
ſic enim inuenimus q̄ corp9 qd̄
corrumpitur agrauat animam·
Sap·ix· Spiritus autem corpo
ri vnitur dupliciter· Uno modo
vt forma materie et vt ex eis fi
at vnum ſimpliciter et ſi ſpirit9
vnitus corpori et viuificat cor=
pus et a corpore aliqualiter ag=
grauatur· ſic autem ſpūs demo
nis vel hominis igni corporeo nō
vnitur· Alio modo vnitur ſpūs
corpori ſicut mouens mobili vel
ſicut locatum loco eo modo quo
incorporalia ſunt in loco et ſcd̄m
hoc ſps incorporei creati loco diſ
finiūtur ita in vno loco exiſten
tes q̄ nō in alio. Quis autē res
corporea ex ſua natuā habeat q̄
ſpm̄ incorporalem loco diffini=
at non tamē habet ex ſua natu
ra q̄ ſpm̄ in corporeum loco diffi
nitum detineat vt ita alligetur
illi loco qd̄ ad alia diuertere nō
poſſit cum ſpiritus non ita ſit in
loco naturaliter q̄ loco ſubda=
tur·ſed hoc ſupadditur igni cor
poreo in quantum eſt inſtrumē
tum diuine iuſticie vindicantis
q̄ ſic detineat ſpiritū et ita effici
tur ei penalis retardans eum ab
execucōne proprie volūtatis ne
ſcȝ poſſit operari vbi voluerit·et
ſcd̄m quod voluerit et hunc mo
dum ponit Gregorius in quar=
to dyalogorum. exponens enim
quomodo anima incendium ex
periendo paciatur·ſic dicit. dum
veritas peccatorem diuitem dāp
natum in igne perhibet. Quis
nam ſapiens reproborum ani=
mas teneri ignibus neget· Et
Aug9·etiam·xxi·de ciuitate dei
Cꝫ ſicut anima in hominis cō
dicione iungitur corpori et dat
ei vitam quis illud ſit ſpiritua
le ⁊ hoc corpale ⁊ ex illa cōdicōe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cõcipit amorē ad corpus ſic liga-
tur igni vt accipiens ab eo pnã
et ex illa cõiunctione vehemēter
cõcipit horrorem ac propter hãc
et dolorem Dicamus ergo ſeqn
do predictos modos ſanctorum
qd ignis ſm ſuã nãz habet q
ſpũs incorporeus ei cõiungi poſ
ſit vt loco locatum. ſed in quan
tum eſt inſtrumētum diuine iu-
ſticie habet vt ipſum quodãmo
do retineat alligatum ⁊ in hoc re
cipiter ignis ille eſt ſpiritui noxi
us. et ſic anima ignem ibi vt no
xium videns ab igne cruciatur.
Vnde Gregorius in. iiij. dyalo-
gorum omnia iſta per ordinem
tangit. ¶ Ad racões in oppoſi-
tum. Ad primam reſpondetur q
licet anima ſit ſimpliciter no-
bilior igne. ignis tamen eſt ſm
quid anima nobilior. in quantũ
eſt inſtrumētum diuine iuſticie
¶ Ad ſecundam reſpondetur
negando cõſequenciam. et ad p
bacionem reſpondetur q philo-
ſophus et Boecius loquuntur
de illa actione p quã paciēs trãſ
mutatur in naturam agentis. ta
lis autem actio non eſt ignis in
animam et propter hoc racio nõ
procedit. ¶ Ad terciam reſpon-
detur negando cõſequenciam et
racõ eſt. quia aſſumptum eſt ve-
rum de eo quod patitur ab agē
te per modum influencie. ignis
autem in animam non agit per
modum influentis ſed per mo-
dum detinentis. vt ex dictis pa
tet et ideo racio non eſt ad pro-
poſitum.
¶ Ad quartam reſpondetur
negãdo conſeqnciam et rõ ē. qa
licet non ſit aliquis contactus
corporalis int aĩam ⁊ corpus. ē
tamen inter eos aliquis conta-
ctus ſpiritualis. ſicut eciam mo-
tor celi cum ſit ſpiritualis ſpiritu
ali contactu tangit celum ipſum
mouens per modicum quo dicit
contriſtans tangere ſicut dicitur
in primo de celo et hic mod9 ſuf
ficit ad actionem. ¶ Ad quintã
reſpondetur q ſpiritus dampna
ti numq̃ eſt extra infernum niſi
ex diſpenſacõe diuina vel ad in-
ſtructionem vel ad exerciciũ ele
ctorum. vbicumq autem extra
infernum ſint ſemper tamen vi-
dent ignem inferni vt eis in pe-
nam preparatum. vnde cum iſta
viſio ſit immediate affligēs vbi
cumq ſunt ab igne inferni affli
guntur. ſicut ⁊ captiui extra car
cerem exiſtentes a carcere quo-
dammodo affligũtur dum vident
ſe ad carcerem dampnatos. vn
de ſicut gloria electorum in nul-
lo minuitur nec quantum ad p-
mium eſſenciale nec quantum ad
accidentale. ſi aliquando extra
celum empireum ſint qui quo-
dammodo in eorum gloriam ce-
dit. ita eciam in nullo minuitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

penã dampnatorum ſi extra in-
fernum ex diſpenſacõne diuina
ad tempus ponantur et hoc eſt
quod dicit gloſa · ſup illud Jaco
bi · iij · Inflammat totam rc · dy
abolus vbicũq3 ſit ſiue ſub aere
ſiue ſub terra ſecum fert tormen
ta ſuarum flammarum · obiectio
autem procedit ac ſi ignis corpo
reus affligeret ſpũs immediate
ſicut affligit corpora.

Ad ſecundam queſtionẽ
ſic proceditur et videtur
q dãnati ñ videãt glãz
beatoꝝ · Primo ſic Magis diſtat
ab eis gloria beatorum q ea q
in hoc mundo aguntur · ſed ipſi
non videt ea que circa nos agũ
tur vt dicit Gregorius in mora
libus . xij · libro · ergo multo mi-
nus pñt videre gloriam beatoꝝ
¶ Secundo ſic · Id quod conce-
ditur in preſenti vita pro mag-
no munere numq̃ cõceditur dã
natis . ſed paulo pro magno mu
nere eſt conceſſum vt videret vi
tam illam qua beati eternaliter
in deo viuunt · vt dicit · ij · corin ·
ij in glo · ergo dampnati ſancto
rum gloriam non vident ·
¶ Tercio ſic · Conſideracio pene
immittit terrorem ſicut conſide-
racõ glorie generat gaudium :
ſed in malis nullum erit gaudi-
um . ergo non videbunt gloriã
ſanctorum : ¶ In oppoſitum eſt
euangelium preſens · vbi dicitᷣ ·
q diues in tormentis poſitus vi
dit Abraham et Lazarũm in ſi-
nu eius · ¶ Reſpondeo dicendũ
q dampnati ante diem iudicij
videbunt beatos in gloria non
hoc modo q gloria eorum qualiſ
ſit cognoſcant . ſed ſolum modo
cognoſcent eos eſſe in gloria in
extimabili et ex hoc ṫbabũtur tũ
propter inuidiam dolentes de fe
licitate beatorum · tum propter
hoc quia ipſi talem gloriam ami
ſerunt · Sapiencie . v . dicitur de
impijs Videntes turbabuntur
timore terribili . ſed poſt diez iu
dicij · omnino viſione beatorum
priuabuntur · nec tamen ex hoc
eorum pena minuetur ſed auge
bitur quia memoriam habebũt
glorie beatorum quam in iudi-
cio viderunt · vel eciam ante iudi
cium et hoc erit eis in tormẽtum
ſed vlterius affligentur ex hoc
qd videbunt ſe indignos repu-
tari eciam videre gloriam quaz
ſancti merentur videre · ¶ Ad ra
cões in oppoſitum . Ad primam
reſpõdetur negando cõſequenci
am · et racõ eſt quia nõ eſt ſimi
le de vno et de alio · quia ea que
in hac vita agũtur nõ ita affli
gerent dampnatos in inferno ·
ſi viderent ſicut gloria inſpecta
btõrum · vnde nõ ita oſtenduntᷣ
dãpnatis ea que hic aguntur · ſi
cut iuſtorũ gloria q̃uis eciã eo-
rum que hic aguntur oñduntur
eis q̃nq3 ea que in eis triſticiã a
gere pñt · ¶ Ad ſcdaz reſpõdetᷣ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

negādo 9ñam ⁊ racō eſt q̄ nō eſt
ſimile paulus inſpexit vitā illaꝫ
qua ſancti cum deo viuūt eā ex-
periendo et in futurum ꝑfectius
ſperando quod non eſt de damp
natis et ideo nō eſt ſimile.
¶ Ad terciam reſpōdetur negā-
do cōſequenciam et racō eſt. q̄a
vt dicit dn̄s bonauētura ſup il-
luo. Letabitur iuſtus cū viderit
vindictam. ⁊c. Cōſideracō bea-
torū nō ſiſtit in pena. q̄ afflicti-
ua ſed fertur vlterius q̄ iuſta ⁊
optime et digne inflicta et talis
cōſideracio amāti iuſticiam gene
rat gaudium. ſimiliter nec cōſide
racio malorum ſiſtit in bono glo
rie. quia bonum. ſed quia perdi-
tum et hec cōſideracō generat do
lorem et ita dampnati affligunt
et dolent videntes gloriam bea-
torum.

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
q̄ dampnati nō vellent
oēs alios eē dāpnatos Pmo ſic ex
euangelio p̄ſenti vbi diues dāp
natus rogabat pro fratribus ne
venirent in locum tormentorum
ergo cum dampnati habeāt mul
tos conſanguineos mallent eoſ
eſſe beatos q̄ cōdempnatos.
¶ Secūdo ſic. affectiones inor-
dinate in inferno a dampnatis
non auferuntur ſed aliqui dam
nati inordinate dilexerunt ſuos
nō dampnatos. ergo nō vellent
eorum malum quod eſt eſſe eos
dampnatos. ¶ Tercō ſic. damp
nati nō deſiderāt augmentū ſue
pene. ſed ſi plures dampnarent
maior eſſet dampnatorum pena
ſicut eciam multiplicacō beatorū
amplificat eorum gaudium. er-
go dampnati nollent omnes ali
os dampnari. ¶ In oppoſitum
eſt illud quod dicitur Yſa. xiiij.
ſuper illud ſurrexerūt de ſolijs.
dicit glo. ſolacium eſt malorum
habere ſocios penarum ¶ Reſpō
deo dicendū. q̄ dāpnati vellent
oīs bonos eē dampnatos Iſta
cōcluſio patet. tum q̄ in damp-
natis maxime viget inuidia. er-
go dolent de felicitate bonorum
et eorūm dampnacōnem appe-
tūt. ¶ Secūdo ſic. ſicut i beatis
in patria eſt perfectiſſima caritaſ
ita in dampnatis erit perfectiſſi
mum odium. Vnde ſicut ſancti
gaudebunt de omnibus bonis.
ita eciam mali de omnibus boniſ
dolebunt. vnde felicitas ſancto-
rum conſiderata eos maxime af
fligit. vnde dicit̄ Yſa. xxvi. vide
ant et cōfundantur gloriātes po
puli ⁊ ignis hoſtes tuos deuorat
vnde patet q̄ vellent oēs bonos
eē dampnatos ¶ Ad racōnes in
oppoſitū. Ad primā reſpondetur
negando conſequēciā. et ad au-
ctoritatē inductā dicendū ē. Q̄
nō dixit hec diues ex caritate cū
nullā haberet ſed ex timore ſer-
uili. ne ex eorum cōſoracio eius pe
na augeretur. Eſt tamē notādū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝙ licet tāta ſit inuidia in damp
natis ꝙ etiā propinquoꝝ gloꝛie
inuideāt cū ipſi ſunt in ſūma mi
ſeria· tamen minus inuidēt pro
pinquis ꝙ̄ alijs · quia maioꝛ eſ
ſet pena ſi omes ꝓpinqui damp
narētur et alij ſaluarētur ꝙ̄ ſi ali
qui de ſuis propinquis ſaluaren
tur . et ex inde fuit · ꝙ diues ille
dampnatus pecijt fratres ſuos
a dampnacōe eripi . ſciebat eīn
ꝙ aliqui aliorum eriperētur ma-
luiſſet tamen frēs ſuos cū oībuſ
alios dampnari· ¶ Ad ſecū daz
reſpōdetur negādo ꝯñam. ¶ Pro q̊
nota ꝙ dilectio que nō fundātur
ſup honeſtum facile reſcinditur
⁊ precipue in malis hominib⁹ vt
dicitur. ix. ethi · vnde dampnati
nō ſeruabūt amiciciā ad eos q̊s
inoꝛdinate dilexerunt ſed in hoc
volūtas eorum remanebit puer-
ſa ꝙ cauſam inoꝛdinatē dilectio
nis adhuc diligent· ¶ Ad terciā
reſpōdetur negādo ꝯñam ⁊ racio
eſt quia licet ex dāpnatoꝝ mul
titudine pena ſingulorū augeatꝰ
tamē tantū ſupexcreſcit odium ⁊
inuidia ꝙ magis eligēt torqueri
cū multis ꝙ̄ minus ſoli.

¶ In dn̄ica ſecūda eſt euāgeliū
Homo quidā fecit cenā magnaz
⁊c· Luce· xiiij· Circa qđ pn̄t di-
ſputari ſequētes queſtiones·
¶ Primo vtꝝ cena beatitudinis
ſanctis ꝑparata ꝯſiſtit in bonis
corporis. ¶ Secūdo vtrū occupa
cio et ſolicitudo reꝝ tpaliū homi
nem excludat a cena eterne bea
titudinis. ¶ Tercīo vtrū homi-
nes peccatores ſint compellendi
bonū facere·

AD primam queſtionem
ſic proceditur et videtur
ꝙ cena beatitudinis ſā-
ctis ꝑparata ꝯſiſtat in bonis coꝛ
poris. Primo ſic· ꝙ a plurib⁹ di-
citur impoſſibile eſt eſſe falſum
totaliter vt cōmentator dicit· ij
de aīa ⁊ phs· vij· ethi· ꝙ opinio
nō pditur quam populi multi fa
mant ſed maioꝛ hominū multi-
tudo inclinatur ad querēdū dele
ctacōes corporales et coꝛpoꝛalia
bona quaſi finē. ergo finis hūa-
ne vite in coꝛpoꝛalibus bonis cō
ſiſtit finem humane vite dicim⁹
beatitudinem. ergo in bonis coꝛ
poꝛis querenda eſt· ¶ Secūdo
ſic. Quāto aliquod bonū eſt cō-
munius tāto eſt diuinius vt pa
tet. i. ethi. ſed bonū coꝛpoꝛale cō
munius eſt ꝙ̄ ſpirituale. q̄a coꝛ
poꝛale etiam ad bruta animalia
ſe extēdit nō autē ſpūalia· ergo
coꝛpoꝛale bonum ſpūali preemi
net· ergo talia bona ſenſibilia ve
nient in beatitudine offerenda
beatis· ¶ Tercīo ſic· Homo ex
anima et coꝛpoꝛe cōſtituitur· er
go bonū hominis debet eē com-
mune anime et coꝛpoꝛi. ſed bo-
num ſpirituale non poteſt eſſe cō
mune coꝛpoꝛi· ¶ Bonum autem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

corporale poteſt eſſe cõmune aīe
in quantū aīa de corporalib9 de
lectatur· ergo cena beatitudinis
magis conſiſtit in bonis corpora
libus q̄ ſpiritualibus· ¶ Quar
to cum beatitudo teſte Boecīo ſit
ſtatus omnium bonorum aggre
gacione perfectus in cena beati-
tudinis nullum oblectamētum
ibi deficiet· ergo in ea delectacio
nes ſenſibiles et bona ſenſibilia
erūt alias non videtur perfecta
et plena beatitudo· ¶ In opposi
tum arguitur ſic· Beatitudo eſt
ſummum bonum hominis ergo
in precipuis bonis hominis eſt
querenda et ponenda· ſed bona
anime ſūt nobiliora q̄ bona cor
poris ſicut et anima corpore no-
bilior eſt· ergo cena beatitudi-
nis eterne preparata ſanctis in
bonis ſpūalibus conſiſtit·
¶ Reſpondeo dicendum error
fuit ſtulti machometi qui poſuit
felicitatem et beatitudinem futu
ram in corporalibus delectacōni
bus ciborum et potuum et venere
orum. qui error non ſolum apd
xpiane religionis cultores: ſed
etiā apd gētiles phos q̄ btitudinē
nouerūt in operib9 intellectiue p
tes conſiſtere indicat beſtialis
vitam hmōdi voluptuoſam non
hominum ſed pecudum eſſe aſſe
rentes vt patet in ethi. vnde vt
hunc errorem oſtendam9 repro
bum et ſtultum· Arguitur ſic. i.
ex preſenti euangelio ¶ Dicitur

enim q̄ cena erit magna· ideſt
de magnis et precioſis rebus et
excellentiſſimis· vnde de ea dici
tur illud· Yſaie· lxiiij· Oculus
non vidit nec auris audiuit nec
in cor hominis aſcendit que pre
parauit deus diligentibus ſe· ſꝫ
bona anime et bona ſpiritualia
ſunt maiora bona q̄ ſenſibilia
bona· ſic ergo cena future beati
tudinis conſiſtit in guſtu bono
rum ſpūalium et non ſenſibiliū
Unde cena illa dicitur magna:
q2 inextimabilis· Geñ· xv· Ego
merces tua mag nimis et inextimi
nabilis· Baruch iij· O iſrł q̄ ma
gna eſt dom9 dñi et ingēs locus
poſſeſſiōis ei9 id eſt inextimabilis ñ pt
q2 tā cib9 q̄ ille q̄ miſtrat de9 ē 7
ſūmū bonū ps· Inebriabunt ab
vbertate domus tue et torrente
voluptatis tue potabis eos· Se
cundo arguitur ſic· Cū btitudo
ſit naturaliter ab omnibus ho-
minibus deſiderata nominat vl
timum humane vite finem· Fi-
nis autē cuiuſlibet rei vel eſt ope
racio propria vel per operacio-
nem propriam ad finem venit·
cum autem forma propria ſit in
qualibet re operacionis proprie
principium· forma autem pro-
pria hominis in quātum eſt ho-
mo ſit racionalis anima oportet
q2 vel in ipſis actibus racionalis
anime beatitudo conſiſtat vel in
hijs ad que homo per actus ra-
cionalis anime comparatur· hec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

autē bona anime dicūtur · vnde necē eſt beatitudinē ponere in bonis aīe etiā ſm phos. q̄ autē aliqui vt epicuri et machometus in bonis corporis beatitudinē poſuerunt ex hoc prouenit q̄ ſeipſos quid eent ignorabāt · nō eīm cognoſcebāt ſe ſm illud qđ in eis ē melius q̄ corꝫ eē formaliter cō- plet. ſed illud qđ de eis exterius apparet et ſm hoc beatitudinem ſuā in bonis exteriorib⁹ poſuerūt multis alijs racōnib⁹ reprobauimus hūc errorem in tractatu nřo ꝯtra machometum nūc breuiter iſta ſufficiunt · ¶ Ad racōes in oppoſitum Ad primā reſpōdetur negando cōſequenciā et racō eſt q̄ multoꝝ opinionē nō eſt necē eſſe veram ſimpliciter. ſed ſcđm ꝑtem · multitudo autem hominū in bonis corporis beatitudinem ponēcium quātum ad hoc veram opinionem habet q̄ illud quod optimū ſibi eſtimāt hoc ſuā beatitudinem eē putant ⁊ q̄tum ad hoc eorum opinio vera eſt ſcz q̄ optimū hominis eſt beatitudo · nō autem oportet q̄ ſit vera quātum ad hoc q̄ ponāt eam in bonum corporis · quia hec opinio procedit ex faiſa radice · q̄ ſcz exiſtimāt ſe eē principaliter id qđ ſunt ſm corpora. ¶ Ad ſecūdā reſpondetur negando conſequēciam et racō ē q̄ dupliciter aliqđ dicit̄ eē cōe · vno mō ꝑ predicacō-

nem hm̄oi autē cōmune non eſt aliquid idem numero in diuerſis repertum et hoc modo habet bonum corporis cōmunitatē · Alio modo eſt aliquid cōmune ꝑ participacōnem vnius ⁊ eiꝰdem rei ſm numerū et hoc modo bonum cōmunius ē diuinius · et cōitas maxime ꝑot in hijs que ad animā pertinent inueniri · q̄ per ipſum attingitur ad id qđ eſt cōe bonum omnib⁹ reb⁹ ſcz deū · ⁊ io procedit. ¶ Ad terciam reſpōdetur negando cōſequenciam et racō eſt quia licet homo ex anima et corpore conſiſtat tamē eē ex anima ⁊ non ex corpore habꝫ Vnde eciam beatitudo hominis principaliter ⁊ originaliter in bonis anime conſiſtit . ſicut enim corpus eſt propter animā ſicut propter finem et materia propter formam. vt patet · ij · de anima · ita et bona corporis ordinantur in anime bona vt in finem · vnde in bonis corporis btītudo principaliter conſiſtere nō poteſt.

¶ Ad quartam reſpondetur negādo cōſequenciā . ⁊ racō eſt · q̄a cum vera beatitudo hominis que ſperatur in alia vita ꝯueniat homini ſm illud qđ nobiliſſimum e.t in eo qđ eſt intellect⁹ ⁊ reſpectu nobiliſſimi obiecti qđ eſt ipſe de⁹ delectacōes q̄ ad btītudinē ꝑtinēt non ſenſibiles q̄ cōes ſunt porcis ⁊ aſinis alijſq; aīalibus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bꝛutis dicende ſunt ſed ſpiritua
les in quibus communicamus
cum angelis · vnde delectacões
ſenſibiles quas ponit machome
tus non pertinent ad beatitudi-
nem hominis ymo nec beatitu-
do vera ſuſtinet hmõdi delicias:
ſed abſtrahit ab eis vnde argu
mentum eius nullũ eſt·

AD ſecundam queſtionẽ
qua queritur vtrum oc
cupacõ et ſollicitudo re-
rum temporalium hominem ex
cludat a cena eterne beatitudi-
nis et videtur ꝙ nõ · Primo ſic·
Sollicitudo rerum temporalium
eſt licita · ergo ꝛc· aña eſt bona
añs probatur ſic ad preſidentē
enim pertinet ſolicitum eſſe de
hijs quibus preeſt ſm illud ro·
xij · Qui preeſt in ſolicitudine:
ſed hõ preeſt ex diuina ordinacõe
ne rebus temporalibus ſm illud
ps Omnia ſubieciſti ſb pedibus
eius oues et boues ꝛc· ergo ho-
mo cum debeat habere ſolicitudi
nem de rebus temporalibus non
debet ꝓinde priuari eterna beati
tudine· ¶ Secũdo ſic· Nullus ꝓ
uatur eterna beatitudine facien
do ea quibus ſua ſuſtentet maxi
me dicente dño in ſudore vult⁹
tui veſceris pane tuo · Geñ · i · et
pu · vi · Vade ad formicam o pi-
ger et cõſidera vias eius et diſce
vias eius que cum non habeat
ducem nec ꝓceptorem parat in

eſtate cibum ſibi et ꝯgregat i meſ
ſe qđ cõmedat in hyeme · ſed ho
mo neceſſe habet eſſe ſolicitus
circa temporalia vt ſuſtentet vi
tam ſuam ſm apoſtolum · ij · ad
Theſa · iiij · Qui nõ vult opera-
ri nõ manducat · ergo · ꝛc·
¶ Tercio ſolicitudo temporaliũ
qñdoq ptinet ad opera miſeri-
cordie · puta cum ſolicitudinem
habet ad procurandum negocia
pupillorum et pauperum · Vnde
ad hebre · vi · dicit apoſtol⁹ cupi
mus vnũquemq veſtrum ean-
dem oſtentare ſolicitudinem · er
go ſolicitudo et occupacõ tempo
ralium non excludit quemq a
beatitudine ¶ In oppoſitum eſt
euangelium preſens vbi dicitur
de illis qui propter occupacões
terrenorum ſe excuſabant ꝙ ne
mo illorum virorum qui vocati
ſunt guſtabunt cenam meam·
¶ Reſpondeo dicendũ ꝙ dupli
citer aliquis poteſt occupari cir-
ca terrena · Vno modo nõ tanq
circa finem vltimum et principa
lia bona ſed ſicut circa organa ꝛ
inſtrumenta perueniendi ad cõ
ſequendum et preguſtãdum bo
na ſpiritualia et tunc eſt cõcluſio
ꝙ cum talis ſolicitudo et occupa
cio ſit licita maxime cum homo
non apponit tantum ſtudiũ ad
temporalia procuranda ꝙ prop
ter hoc homo a ſpiritualibus qui
bus principaliter inſeruire debet
retrahatur nõ excludit hominē

a beatitudīe · patet ꝯclusio · ꝙ
talis licita eſt et ſine pctō · Secū
do aliquis occupat̄ circa tꝑalia
tamq̄ circa finem et tamq̄ ꝓpri
pua bona et de tali ſolicitudīe et
occupacōne eſt talis ꝯclusio ꝙ
eſt illicita et nō excuſat a pctō et
excludit a regno ſiue beatitudīe
dei · patet ꝯclusio · ꝙ nihil ē dili
gendū tamq̄ finis trinitas pſo-
narum · et ideo ſaluator noſter
in preſenti euāgelio excuſantes
ſe de empcione ville ⁊ probacōe
boum et de traduccione vxoris
noluit excuſatos habere ſcꝫ dicēſ
dico vobis ꝙ nemo virorum illo
rum qui vocati ſunt guſtabit ce-
nam meā ꝑ illum qui villa; emit
intelligūtur vt dicit Aug̃ · Occu
pati circa honores et diuicias vt
ſuperbi qui volūt alijs dominari
per iuga boū intelligūtur nimiū
occupati circa terrena ⁊ per cupi
ditatem finem ſuum ibi ꝯſtituē
tes vt auari per eum qui vxorē
duxit intelligūtur carnales ⁊ la
ſciui occupati circa luxuriā et vo
luptates · Ad iſta tria vicia redu
cūtur omnia excludēcia a beati-
tudīe celeſti ſm qđ dicit Ioħ ·
· i · cor · iij · c · Omne quod eſt in
mūdo. aut eſt ꝯcupiſcencia car
nis aut ꝯcupiſcencia oculorum
aut ſuperbia vite · ¶ Ad racōes
in oppoſitū Ad primā respondet̄
ꝙ racō ꝓcedit de ſolicitudīe lici
ta · tꝑalia enī bona ſubiecta ſūt

hominī vt eis vtatur ad neceſſita
tem nō vt in eis finē ꝯſtituat ⁊
ſuperflue circa ea ſolicitet̄ et tal̄
nō excludit a beatitudīe celeſti
¶ Ad ſecundam respondetur eo
dē mō · ꝙ ſolicitudo eius qui cor
porali labore panē acquirit nō
eſt ſuperflua ſed moderata ¶ Et
ideo Iheronimus dicit labor exer
cendus eſt ſolicitudo tollēda ſcꝫ
animū inquietans ⁊ talis eciam
non excludit · ¶ Ad terciam
reſpōdetur ꝙ eciā ſolicitudo tem
poraliū in operibꝰ mīe cū ordine
tur ad fines caritatis licita ē niſi
ſit ſuꝑflua ⁊ ideo eciā talis nō ex
cludit a regno ·

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ infideles non ſint ꝯ-
pellendi ad fidem. Primo ſic · Di
citur Math · xiij · ꝙ ſerui patriſ
familias dixerunt ei in cuius a
gro erant zizania ſeminata vis
ibimus et colligemus ea · ⁊ ipſe
reſpondit minime ne forte colli
gentes zizania eradicetis cū eis
ſimul ⁊ triticum · vbi dicit Criſo ·
hoc dixit dominus prohibens oc
ciſiones fieri ; cum ergo ſine occi
ſionis periculo infideles non poſ
ſint ꝯpelli videt̄ ꝙ nō ſūt ꝯpel
lendi · ¶ Secūdo in decretis di ·
xlv · dicitur ſic de iudeis precipit
ſancta ſinodus nemini deinceps

ad credendū vim inferre. er-
go pari racōne nec alij infideles
ſunt ad fidem cogendi. ¶ Tercio
ſic dicit Auguſtinus. Cetera
poteſt homo nolens credere vero
niſi volens ſed volūtas cogi nō
poteſt. ergo infideles non ſunt
cogendi ad fidem. ¶ In oppoſi-
tum eſt euangelium preſens vbi
dicitur. Exi in vias et ſepes cō-
pelle intrare vt impleatur domꝰ
mea ſed homines intrant in do-
mum dei. ideſt eccleſiam per fi-
dem ergo aliqui ſunt compellen
di ad fidem. ¶ Reſpondeo di
cendum ꝙ infidelium quidam
ſunt qui numꝙ̄ receperunt fidē
ſicut gentiles et iudei. et de tali-
bus concluſio eſt ꝙ nullo modo
compellendi ſunt ad fidem vt ip
ſi credant. Racō eſt quia credere
voluntatis eſt. Secundā conclu
ſio. Infideles predicti licet non
ſint compellendi vt credant. ta-
mē ſūt compellendi a fidelibus
ſi facultas aſſit vt fidem non im
pediant vel blaſphemijs vel ma
lis perſuaſionibus vel eciam ap
tis perſecucionibus. et inde eſt
ꝙ propter hoc fideles chriſti con
tra infideles bellum mouent. nō
quidem vt eos ad credendum co
gant quia eciam ſi eos viciſſent
et captiuos haberent in eorum
libertate relinquerentur an cre-
dere vellent ſed propter hoc vt
eos compellant ne fidem chriſti
impediant. Alij enim ſunt infide
les qui quandoqꝫ fidem ſuſcepe
runt et eam profitentur ſicut he
retici vel quicunqꝫ apoſtate. et
de talibus eſt tercia concluſio ꝙ
tales eciam corporaliter ſunt cō-
pellendi vt impleant quod ꝓ-
miſerunt ⁊ teneant quod ſemel
ſuſceperunt. ¶ Ad racōnes in
oppoſitum. Ad primam reſpon-
detur negando conſequenciam
et ad auctoritatem reſpondetur
ꝙ ita intelligitur vt dicit Augu
ſtinus contra epiſtolam permi-
niani ꝙ quando metus iſte nō
ſubeſt et quando ita cuiuſcunqꝫ
crimen notum eſt et omnibꝰ ex
ecrabile apparet et vt vel nullos
prorſus vel non tales habent de
fenſores per quos poſſet ſciſma
contingere non dormiat ſeueri-
tas diſcipline. ¶ Ad ſecundam
reſpondetur concedendo ſi nullo
modo fidem receperint. ¶ Ad
terciam reſpondetur negādo cō-
ſequenciam ⁊ racō eſt quia ſicut
vouere eſt volūtatis ⁊ reddere ne
ceſſitatis. ita accipere fidem eſt
voluntatis ſed tenere iam accep
tam eſt neceſſitatis et ideo here-
tici ſunt compellendi vt fidem
teneant. Si obijcitur ꝙ paulus
fuerit compulſus ad credendum
cum eſſet iudeus. Dicit enim Au
guſtinus ad bonifacium comi-
tem vbi eſt ꝙ ipſe clamare con
ſueuerunt liberum eſt credere:
vel non credere cui chriſtus vim
intulit. ideſt cognoſcatū paulo

prius cogēte chriſtum et poſtea
docentem. reſpondetur ꝙ criſtꝰ
nō coegit paulū credere ita vt in
uitus crederet ſed coegit eum et
cōpulit ne fidem ⁊ eccleſiam xp̄i
perſequeretur ſicut faciebat vnde
ipſe viſo miraculo voluntarie ſe
obtulit ad faciendum quicquid
ei xp̄us preciperet. Unde ait. dn̄e
quid me vis facere voluntarie ſe
offerens ad omnem obedienciā
Et dn̄s ad eum. Ingredere in ci-
uitatem ⁊ tibi dicetur quid te o
porteat facere ⁊ ibi doctus fuit a
chriſto per ſpiritū ſcm̄ de omibꝰ
ad fidem pertinētibꝰ ⁊ p̄dicacio-
nem ipſius

¶ In dominica tercia legitur eu
angelium. Erant appropinquan
tes ad ihesum publicani ⁊c̄. Lu.
xv. Circa quod poſſunt diſputari
ſequentes queſtiones. ¶ Pri
mo vtrum angeli gaudēt de pec
catoribus penitēciam agentibꝰ
¶ Secūdo vtrum angelus plus
gaudeat de vno peccatore agēte
penitenciam ꝙ̄ de nonaginta no
uem iuſtis qui non egent penitē
cia

Ad primam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ angeli beati nō gau
deant de peccatoribus agentibꝰ
penitēciam ſicut gaudium cōtra
riatur triſticie ita penitēcie cōtra
riatur peccatum. ſed angeli non

triſtantur aut dolent de malis
eorum quos cuſtodiunt. qꝛ apo-
ca. dicitur ꝙ in celeſti iherusalem
nec luctꝰ nec dolor ē. ergo nec ip
ſi gaudēt de aliquo ꝙ agat pe
nitenciam. ¶ In oppoſitum eſt
euangelium p̄ns. ¶ Reſpondeo
dicendum ꝙ angeli gaudent ſu
per cōuerſione peccatorum agē
cium penitenciā et hoc triplici ra
cione. Primo quia ſue cuſtodie vi
dent tā glorioſum fructū cuilibet
enim homini ad cuſtodiaꝫ ange
lus ab ortu natiuitatis deputa
tus eſt vt ait Ihero. ſicut ergo
medicus gaudet qn̄ videt circa
infirmum ſue curacōnis fructum
ſic angelus multū gaudet cū vi
det circa hoīem ſue cuſtodie fru
ctum. ⁊ Bern̄. ſuper canti. gau
dent angeli in ꝯuerſione ⁊ peni
tencia peccatoꝝ. ſalutē hominū
ſicientes lacrimas penitēcium vi
num eorum. ¶ Secūdo gaudēt
quia ex peccatoribus conuerſis
vident adimplere numerū eorū
nam eorum ruina reparatur de
hominibus. ¶ Tercio gaudēt q̄a
vident in laudando deuꝫ tale ſe
habere cōſorcium. Primo enim
ſola natura angelica laudabat
deum ſed nature illi addita eſt
natura humana. vnde nūc veraci
ter dici poteſt illd̄ Iob. iii. cū me
laudarent aſtra matutina. i. an
geli et iubilarent omnes filii dei
hoc expectat ad laudē hoīm dn̄s
bonauētura ſup Lucā dt̄ āgelos

gaudere de penitencia peccatoris
ppter ſeptem. Primo qr deſtruit
culpa. Secūdo quia recuperatur
iuſticia. Tercio quia cōfutatur
demonum ſuperbia. Quarto qr
efficax efficitur angelorū cuſto-
dia. Quinto quia reparatur etiā
Sexto quia placatur ira diuina
Septimo quia reſtauratur ihe-
ruſalem ſuperna. ¶ Ad racōnez
in oppoſitum reſpondetur negā
do cōſequenciam. et racō eſt qa
non eſt ſimile de gaudio et triſti
cia. beatitudo enim qua fruūtur
angeli admittit gaudium ſ nō
triſticiam. vnde angelus beatꝰ
eſt ſuſceptibilis gaudij ſed non
triſticie. vbi enim eſt triſticia et
dolor nō eſt pfecta beatitudo Vn
dicitur Apoca. xxi. Mors vltra
nō erit neqꝫ luctus nec clamor:
ſed nec vllus dolor. ſed angeli
ſunt perfecti. beati ergo de nul-
lo dolent. et ideo gaudere poteſt
angelus de ſalute hominum qꝫ-
uis non triſtetur de dampnacō
ne. ∴ ∴

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur. et videtur
qꝫ angelus nō gaudeat
plus ſuper vno peccatore penitē
ciam agēte qꝫ ſup. xcix. iuſtis ꝛc
Primo ſic. Quod eſt melius eſt
magis diligendum. et per conſe
quens amplius gaudendum qꝫ
minus bonum. ſed maius bonū
eſt. xcix. iuſti qꝫ vnus penitens
ergo angeli beati plus gaudēt
de. xcix. iuſtis qꝫ de vno peccatorē
penitente. ¶ Secundo ſic. Qd
eſt diuturnius magis diligēdū ē
et eligendum. ſed bonum igno-
ſcentis eſt diuturnius erga ma
gis diligitur ab angelis. ¶ Ter
cio ſic. Reſurgens numqꝫ redit
ad tantam dignitatem qꝫuis re-
dire poſſit ad tantam caritatem.
ergo plus eſt diligendus inno-
cens qꝫ penitens. ¶ In oppoſi-
tum eſt euagelium preſens.
¶ Reſpōdeo dicendum qꝫ iſta
līa poteſt intelligi dupliciter. vno
modo reſpectu redempcōnis hu-
mane nature. et tūc deus vel an
geli dicuntur gaudere plus de vno
peccatore. i. eſt agente penitenci
am. i. eſt de redempcōne huma
ni generis qꝫ de. xcix. iuſtis qa
in ea eſt maior materia gaudij
qꝫ in omnibꝰ alijs operibus. nō
quia melior ſit peccator penitēs
qꝫ. xcix. iuſti. Vnde in redemp-
cione humani generis plus ope
ratus eſt deus qꝫ in cōſeruacōe
tocius multitudinis celeſtis qa
hoc eſt manifeſtatiuum maioris
potencie. quia eſt maioris prudē
cie et maioris miſericordie. ma-
ioris potencie quia maius eſt iu
ſtificare impium qꝫ creare celum
et terram maioris prudencie. qr
Iob. xxvj. Prudencia eius pcuſ-
ſit ſuperbum maioris clemencie
ſiue miſericordie. Vnde Luce. i.
Per viſcera miſericordie dei nrī
in quibus viſitauit nos oriens

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ex alto· maior etiā fuit in cuſto
conſcencio. maior eciam huma-
ni generis ſublimacio· ſm illud
pſ· qm̄ eleuata ē magnificencia
tua ſuper celos· ¶ Unde hoc intelli
gitur q̄tum ad cauſam noſtre pe
nitencie ſcȝ humani generis re-
dempcōnem in qua maior ē ma-
teria gaudij q̄ in omnibus alijs
operibus dei· ¶ Secūdo poteſt in-
telligi de peccatore quolibet peni
tente tunc intelligitur q̄ angel9
plus gaudet ⁊c̄· q̄ gaudium eſt
magis nouum ſiue quia habȝ ali
am racōnem gaudij in cōuerſiōe
peccatoris quā nō habet de pma
nentibus in iuſticia. vel quia pec
cator eſt feruencior frequētr q̄
iuſtus vnde hoc non refertur ad
omnes peccatores nec ad om-
nes iuſtos ·ſed ad peccatores fer
uidos poſt cōuerſionē et iuſtos
tepeſcentes. Unde Greg· exem-
plificat et beda in glo· maius eſt
gaudium de peccatoē q̄ de iuſto
ſtante ut dux in bello cū militeȝ
plus diligit qui poſt fugam reu̇-
ſus hoſtem fortiter premit q̄ eū
qui nunq̄ fugit nec vnq̄ fortit̄
egit. et eodem modo eſt de pecca
tore poſt penitenciam virilit̄ agē
te et de iuſto tepido in ſua iu-
ſticia pmanēte ¶ Ad racōes in
oppoſitum Ad primā reſpōdetur
q̄ nō ideo angeli dicuntur plus
gaudere de peccatore penitēte q̄
de nonagintanouē iuſtis q̄ ipe
melior q̄ nonaginta nouē iuſti

ſed propter nouitatem racōnis
gaudij quam habent de inuēcio
ne ſiue cōuerſione peccatoris quā
nō habent de alijs ſtantibus vn
de dicitur maius gaudiū ⁊c̄· q̄
ſicut maius eſt gaudiū de ſana
cione infirmi q̄ de cōſeruacione
ſani· ¶ Ad ſecundam reſponde
tur q̄ dicitur angeli plus gaude
re de peccatore· quia penitēs fre
quenter magis humilis et ferui
dus ac cautus reſurgit ¶ Ad ter
ciam reſpondetur ſicut dictum ē
q̄ penitens plus diligitur q̄a fre
quēter ſurgit magis feruens

¶ In dominica quarta eſt euan
gelium· Eſtote miſericordes ⁊c̄·
Luce· vi· Circa quod pn̄t diſpu
tari ſequētes queſtiones·

¶ Prima vtrū miſericordia ad
quam hortamur ſit maxima vir
tutum. ¶ Secunda vtrum liciū
ſit iudicare de alijs ex ſuſpicōne

Ad primam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
q̄ miſericordia ſit maxi
ma virtutum· Primo ſic· Tanto
aliqua virtus eſt melior quanto
facit hominem deo ſimiliorem q̄
ꝑ hoc eſt homo melior qui deo eſt
ſimilior ſed miſericordia maxie
facit hominem deo ſimiliorem ·
ſm euangelium preſens· vbi di
citur ¶ Eſtote miſericordes ſicut
et pater veſter miſericors eſt· er
go miſericordia eſt maxima vir
tutum. ¶ Secundo ſic· Maxie
ad virtutem ptinet diuin9 cult9

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſed miſericordia pfertur diui
no cultui ſm illud oſee vi. Mi
ſericordiam volo ⁊ non ſacrificiū
ergo miſericordia ē maxima vir
tus ¶ Tercio ſic ſup illud .i. ad
thimo .v. Pietas ad omnia vti
lis eſt. dicit gloſa. ambro. Om
nis ſumma diſcipline xpiane in
miſericordia ⁊ pietate eſt. ſed
diſciplina xpiane religionis con
tinet omnem virtutem ergo ſum
ma tocius virtutis in miſericor-
dia conſiſtit. ¶ In oppoſitum ē
qd dicit apoſtolꝰ. colo. iij. Cum
dicit. Induite vos ſicut electi dei
viſcera miſericordie poſtea ſub-
dit ſuper omnia caritatem habe
te ergo miſericordia non eſt ma
xima virtutum. ¶ Reſpōdeo di
cēdum ꝙ ſimpliciter caritas qua
vnimur deo eſt potior virtus in
nobis ꝙ̄ miſericordia miſericor
dia autem inter virtutes que ad
proximū pertinent potior eſt ōni
alia. Pro quo notandum ꝙ ali-
qua virtus poteſt eſſe maxima
dupliciter. vno modo ſm ſe. alio
modo per cōparacionem ad habē
tem. ſcdm ſe quidē miſericordia
maxima eſt. pertinet enim ad mi
ſericordiam ꝙ alijs effundant ⁊
plus eſt ꝙ defectus aliorum ſub
leuet ⁊ hoc eſt maxime ſuperioris
vnde ⁊ miſereri ponitur propriū
deo ⁊ in hoc maxime eius omni-
potēcia manifeſtari ſʒ quo ad ha
bentē miſericordia non eſt maxi
ma niſi ille qui habʒ ſit maximꝰ

qui nullum ſupra ſe habeat ſed
omnes ſub ſe ei enim qui ſupra
ſe habet aliquem maius ē ⁊ me
lius coniungi ſuperiori ꝙ̄ ſupple-
re defectum inferioris ⁊ ideo quā
tum ad hominem qui habet deū
ſuperiorem caritas p quam vni
tur deo eſt potior que miſericor-
dia per quam defectus proximo
rum ſupplet. ſed inter omnes vir
tutes que ad proximum pertinēt
potiſſima ē miſericordia ſicut eci
am eſt potior is actus. nam ſup-
plere defectus alterius inquan-
tum huiuſmodi ſuperioris ⁊ meli
oris. ¶ Ad raciones in oppoſitū
ad primam reſpondetur ꝙ per ca
ritatem magis aſſimulamur deo
ꝙ̄ per miſericordiam quoniam
per caritatem aſſimulamur deo
tanquam ei per affectum vniti.
et ideo potior eſt quam miſericor
dia per quam aſſimulamur deo
ſecundum ſimilitudinem opera-
cionis. ¶ Ad ſecundam reſpon-
detur ꝙ racio bene procedit ꝙ p-
feratur exteriori ſacrificio. ⁊ racō
eſt. quia deum non colimus per
exteriora ſacrificia ⁊ munera pro
pter ipſū ſed propter nos ⁊ pro
pter proximos non enim indi-
get ſacrificijs noſtris ſed vult
ea ſibi offerri propter noſtram
deuocionem ⁊ proximorum vtili
tatem. ⁊ ideo miſericordia quā
ſubuenitur defectibus aliorum ē
ſacrificium ei magis acceptū vt
pote propinquius vtilitate pximorū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inducens · ſm illud hebr · vlti · bñ
ficencie ⁊ cõmunionis nolite ob
liuiſci. talibus enĩ hoſtijs pmere
tur deus · ¶ Ad terciam reſpõde
tur negãdo cõſequenciã et racõ
eſt · ꝙ licet ſumma xpiane religi
onis in mia ɔſiſtat qñtum ad ex
teriora opa interiora tamen affe
ctio caritatis qua ɔiungimur deo
ꝑponderat et dilectioni ⁊ mie in
pximos ·

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ nõ ſit illicitũ iudicare
aliquē ex ſuſpicõne · Primo ſic ·
Suſpicio videtur eē opio incer
ta de aliquo malo . vñ phus in
vi · ethi · ponit ꝙ ſuſpicõ ſe hab3
ad verum et falſum · ſed de ſingu
laribꝰ contingētibꝰ nõ põt habē
opinio niſi incerta · cũ ergo iu
dicium hũanũ ſit circa hũanos
actus qui ſunt in ſingularibus ⁊
cõtingētibꝰ . videt̃ ꝙ nullũ iudi
ciũ licitũ eſſ3 ſi ex ſuſpicõe iudica
re nõ liceret . ¶ Secũdo ſic · Per
iudiciũ illicitũ ſit aliqua iniuria
proximo ſed ſuſpicio mala in ſo
la opinione hominis cõſiſtit · et
ſic non videtur ad iniuriam alte
rius pertinere . ergo ſuſpicõis iu
dicium non eſt illicitum · ¶ Ter
cio · Si iudicium ſuſpicõnis ſit li
citum oportet ꝙ ad iniuſticiã re
ducatur · ꝙ iudiciũ eſt actꝰ iuſti
cie . ſed iniuſticia ex ſuo genere
ſemper eſt peccatũ mortale ergo
ſuſpicõis iudiciũ ſemper eſſ3 pec
catum mortale ſi eſſ3 illicitum qḋ
eſt falſum · quia ſuſpicõnes vita
re nõ poſſumus vt dicit glo · Au
guſtini ſup illud · i · corin. iij. No
lite ante tempus iudicare · ergo
iudicium ex ſuſpicõne non eſt il
licitũ. ¶ In oppoſitum arguitur
ex preſenti euangelio in quo di
citur Nolite iudicare ⁊c · ¶ Re
ſpondeo hic ſunt aliqua notan
da · Primo ꝙ aliquis põt iudica
re malum de proximo multipli
citer . vno modo ex euidencia facti
cum aliquis iudicat homicidam
quia videt eum interficere homi
nem · et ſic eſt concluſio ꝙ ſic iu
dicare nullum eſt peccatum · Alio
modo ex ſignis euidentibus . vt
ſi aliquis iudicet aliquem forni
catorem · quia vidit eum nudum
cum nuda et ſic ſimiliter nullum
eſt peccatum · Tercio ex ſignis le
uibus et hoc dicitur iudicare ex
ſuſpicione · Unde tulius dicit . ſu
ſpicio importat opinionem mali
quando ex leuibus indicijs pce
dit et contingit ex tribus vt di
cit ſanctus Thomas . Uno qui
dem modo ex hoc ꝙ aliquis in ſe
ipſo malus eſt · et ex hoc ipſe q̃ſi
conſcius ſue malicie faciliter de
alijs malum opinatur ſcd̃m illḋ
eccleſiaſtici · decimo · in via ſtul
tus ambulans cum ipſe ſit inſi
piens omnes ſtultos eſtimat
Alio modo prouenit ex hoc ꝙ ali
quis male efficitur ad alterum ·
cum enim illis contēpnit vel odit

aliquem aūt iraſcitur. aut inui-
det ei ex leuibus ſignis opinat
malum de eo. quia vnuſquiſqꝫ fa
cilius credit qđ appetit. tercio mo
do prouenit ex longa experiencia
vnde philoſophus dicit .ij. metha
phiſice. ꝙ ſenes ſunt maxime ſu
ſpicioſi. quia multociens experti
ſunt aliorum defectus. ¶ Prime
autem due ſuſpiciones cauſe ma
nifeſte pertinent ad peruerſita-
tem effectus. tercia vero cauſa di
minuit racionem ſuſpicionis. in
quantum experiencia ad certitu
dinem proficit que eſt contra ra-
cionem ſuſpicionis et ideo ſuſpi
cio iudicium quoddam importat
et quanto magis procedit ſuſpi
cio tanto magis eſt vicioſum.
16° Eſt autem triplex gradus ſuſpi
cionis ¶ Primus eſt cum homo ex
leuibus iudicijs de bonitate ali-
cuius dubitare incipit ꝛ hoc pec
catum veniale eſt. ꝛ leue quia ꝓ
cedit ex humana infirmitate ſi-
ne qua vita iſta non ducitur et
hoc non vocatur proprie iudiciū
ſed ſuſpicio. ¶ Secundus gradus
eſt quando ex talibus ſignis fir
miter pro certo maliciam alteri
us exiſtimat ſiue ꝙ frater ſuus
malus eſt et hoc proprie dicitur
iudicium. quia iudicium impor-
tat firmam ſentenciam ꝛ hoc eſt
peccatum mortale ſi malum qđ
iudicat de fratre ex leuibus iudi
cijs ſit de genere peccati mortalis
peccatū enim mortale eſt qđ co-
trariatur caritati ꝙ autem aliqs
predicto modo iudicet fratrem ſu
um eſt contra caritatem frater-
nam ¶ tercius gradus eſt quando
ex leuibus ſignis non ſolum pre
dicto modo iudicat ſed eciam ꝓ
cedit ad punicionem fratris ſicut
cum iudex ex ſuſpicione procedit
ad aliquem condempnandum ꝛ
hoc eſt grauius. quia non ſolum
eſt contra caritatem ſed eciam cō
tra iuſticiam ꝛ equitatem. ¶ Ad
raciones in oppoſitum ad primā
reſpondetur negando conſequē-
ciam ꝛ racio eſt. quia licet in hu
manis actibus non inueniatur
tanta certitudo ſicut in demōſtra
tiuis. eſt tamen aliqua certitudo
ſcd̄m quod conuenit tali materie
puta cum aliquid per ydoneos
teſtes probatur. ¶ Ad ſecundā
reſpondetur negando minorem
dicimus enim ꝙ ex hoc ipſo ꝙ ali
quis malam opinionem habeat
de aliquo ſine cauſa ſufficienti in
debite condempnat eum ꝛ ideo
iniuriatur ei. ¶ Ad terciam reſ
pondetur negando conſequenciā
et racio eſt. quia iuſticia ꝛ iniuſ
ticia eſt circa actus exteriores et
ſic iudicium ſuſpicioſum directe
ad iniuſticiam pertinet quando
ad actum exteriorem procedit ꝛ
tūc ē peccatū mortale vt dictum

eſt. Iudiciū autem interius ptinet ad iuſticiam ſcḋm qḋ ↄparatur ad exterius iudicium vt actꝰ interior ad exteriorem ſicut ↄcupiſcēcia ad fornicacionē et ira ad homicidiū.

¶ In dominica quinta cū eſt euangeliū: Cum turba irrueret in iheſum ⁊c. Luce. v. Circa qḋ poſſūt hec diſputari. ¶ Primo vtꝝ ad ſummū pontificem ptineant cauſe maiores in ecc̄a. ¶ Secūdo vtrum 'cia predicacōnis conueniāt alijs eccleſijs ſine auctoritate pape.

Ad primam ſic proceditur et videtur q̄ nō ptineāt ad ſummū pontificē maiores cauſe in ecc̄a. Primo ſic. Correctionem eorum qui audire nolūt fratrem corrigentē xp̄s remittit ecc̄e Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. dic ecc̄e. ſed correctio talium eſt de maioribꝰ cauſis. ergo ſequitur q̄ maiores cauſe pertineāt eciā ecc̄e catholice. ¶ Secūdo ſic. Apl'i alij a xp̄o eciam receperunt ſpm̄ ſanctū cū petro et poteſtatē remittendi pcc̄a Luce. xix. Accipite ſpm̄ ſanctū quorū remiſeritis peccata remittūtur eis. ergo eciam pertinent iſte cauſe maiores alijs prelatis ecc̄e qui ſuccedunt apoſtolis ſicut ſummo pontifici qui ſuccedit petro. vnde in c. in nouo di. xxi. ſcribitur q̄ ceteri apoſtoli cum petro pari ↄſorcio honorē. n et poteſtatem receperunt. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens vbi ſoli petro dicitur. Duc in altum per quod vt dicit glo. Ambroſij et Ihero. in. c. non turbatur. xxiiij. q. i. et ſi alijs impetrant vt laxent recia ſoli petro dicitur. duc in altū. i. in pfundum diſputacōnū. p qḋ datur intelligi maiores cauſas petro eē commiſſas. ¶ Reſpondeo dicendum q̄ ad ſummū pontificem ptinet determinacō ⁊ diffinicio maiorū cauſarū in ecc̄a. Iſta ↄcluſio colligitur tū primo ex illo exodi xviij. vbi moyſi qui dux et rex iudeorū fuit ſicut papa chriſtianorū. ſcḋm illud Bernardi ad Eugenium tu es poteſtate moyſes. deinde legitur eſto tu in populo in hijs que ad deum ptinent vt oſtendas eis cerimonias et ritum colendi deum. ſicut ergo omnes queſtiones emergētes de lege et cultu dei reſeruabātur moyſi determinande ita omnia que ſunt fidei chriſtiane reſeruantur romano pontifici determinanda ⁊ diffinienda ⁊ mādanda teneri et obſeruari et propter hoc vt in hoc euāgelio dicit criſtꝰ cū alijs apoſtolis imparet vt laxarent recia ſoli petro inq̄t. duc in altum ideſt in profundū diſputacionum vt ait Ambroſiꝰ. Secundo hoc idem colligitur ex

illo quod dicit Mathei. xvij.
dominus ſoli petro iubet hamo
piſcari ſuper quo beatus Ambro-
ſius dicit et habetur in. ca. eſt aliud.
xxiiij. queſtione. i. Eſt aliud pi-
ſcandi genus quo genere ſolum
Petro dominus piſcari iubet di
cens. mitte hamum &c. vbi glo
ſa: inquit per hamum intellige
iuriſdictionem quam Petrus pre-
fuit aliis hec ibi. Tercio colligitur
veritas concluſionis. quia papa
ſolus vocatus eſt in plenitudinem
poteſtatis. Alij vero in partem ſol-
licitudinis vt teſtatur Leo papa
in capitulo multum. iij. queſtio-
ne vi. et Greg. in capi. decreto et
Julius papa. in. c. qui ſe ſcit. ij.
queſtione. vi. ergo ad ipſum ſo
lum pertinent omnes cauſe maio
res de eccleſia. Ex multis alijs po
teſt colligi prefata concluſio ſed
iſta ſufficiant. ¶ Ad racones
in oppoſitum. ad primam reſpon-
detur negando conſequenciam et
ad auctoritatem reſponde ſecundum glo.
Caſſiod. quod per li. eccleſie intelli
gitur prelatus eccleſie. vnde dic
eccleſie. i. hijs qui preſunt. vnde
papa cum ſit caput et princeps to
cius eccleſie ſibi maxime conuenit
de omnibus iudicare et omnes de
linquentes corrigere. vnde Pela
gius in. c. cuncta per mundum.
ix. queſtione. iij. apoſtolica ſedes
de omni eccleſia habet phas iu-
dicandi et per conſequens mala

quibus homines adeo aduertun
tur correctionis diſciplina de me
dio tollere et eradicare vt extra de
maio. et obe. c. ſolite. ¶ Ad ſe
cundam reſpondetur quod racio non
procedit et racio eſt. quia determi
nacio cauſarum pertinet ad poteſtatem
iuriſdictionis in qua prefertur ci-
bus vtpote caput tocius eccleſia
ſtici corporis. Auctoritas autem illa
Jo. xix. loquitur de auctoritate et
poteſtate ordinis quam pariter
apoſtoli receperunt.

Ad ſecundam queſtionem
ſic proceditur et videtur
quod alij prelati eccleſie abſque
auctoritate pape laxare poſſint
recia predicacionis. Primo ſic. prelati
et epiſcopi ſunt ſucceſſores apoſtolorum vt
habet glo. Lu. x. Sed apoſtolis im
mediate iniungit xpiſtus predicacionis
officium dicens laxate recia veſtra
ergo epiſcopi immediate habent a xpo non
mediate papa predicandi auctori
tatem ¶ Secundo ſic. non poteſt aliquis
predicare niſi mittatur dicente apo
ſtolo ad ro. x. quomodo predicabunt niſi
mittantur ſed epiſcopi in perſo
na apoſtolorum miſſi ſunt ad pre
dicandum a chriſto iuxta illud
Math. vlti. Euntes in mundum
vniuerſum predicate euangelium
omni creature ergo non indigent
mitti a papa ¶ Tercio ſic. Archi
diaconis et preſbiteris conuenit ex of
ficio ipſorum predicare vt ſcribitur
diſtinctione viceſimaquinta. ca

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plectis · multo ergo fortius alijs
ecc̄e prelatis ſuperioribus ·
¶ In oppoſitum arguitur ſic · p̄
dicacio pertinet ad iuriſdictionē
ſed omnis poteſtas iuriſdictiōis
prelatorum dependet a papa vt
in · c · dn̄s · di · xix · et · c · ſacroſcā ·
di · xxij · et · xxiij · q · i · loquit̄ dn̄s
ergo alij prelati abſq; auctorita
te pape laxare recia predicacōis
nō valent · ¶ Reſpondeo dicen-
dum ꝙ nullus inferior papa po-
teſt predicare abſq; auctoritate
pape. Iſta concluſio probatur ·
poteſtas que data eſt vni in ſua
fontali plenitudine nō eſt in ali
is · niſi deriuata et limitata eciā
pro illius voluntate et ordinacōe
ſed poteſtas paſcendi doctrina ꝛ
predicacōne chriſtianum populū
eſt ſoli petro data ꝛ in eo ſuis ſuc
ceſſoribus cui cura tocius orbis
cōmiſſa eſt. dicente domino pa-
ſche oues meas · Io · vltimo · hoc
enim teſte Criſoſt · nulli apoſto-
lorum dictum eſt niſi petro · ergo
quicūq; habet poteſtatem predi
candi habet auctoritate pape · Se
cundo a quo quis habet digni-
tatem epiſcopalem et curam cō-
miſſam ab eodem habet ea que
ſequūtur dignitatem · ſed omēs
prelati a ſede apoſtolica ſunt in
ſtituti a papa vocati in partē ſol
licitudinis eius · ergo ab eius au
ctoritate habent ꝙ poſſint pre-
dicare et paſcere plebem · ¶ Ad
racōnes in oppoſitū. Ad primā re
ſpondetur negando conſequēci
am · et racō eſt · quia tunc ſolus
chriſtus regebat apoſtolos nec
alium habebant ante ſe ā quo
dependerent · vnde ab ipſo ſolo
habebant auctoritatem. prelati
vero nunc habent inſtitutum a
chriſto ſupra ſe petrum ſiue ſuc-
ceſſorem eius in caput et princi-
pem eorum ā quo pendet imme-
diate omnis poteſtas eorum ·
¶ Ad ſecundam reſpondetur
ꝙ licet apoſtoli receperūt aucto-
ritatem predicandi immediatē
a chriſto ante paſſionem ad pre
dicandum iudeis math · iij · in vi
am gēcium ne abieritis euntes p̄
dicate dicentes · quia appropin-
quabit regnum celorum · math ·
iij · et luce · ix · Poſt reſurrectionē
cum miſſi ſunt cum dictum ē eis
Euntes in mundum vniuerſum
predicate euangelium omni cre
ature, miſſio iſta intelligebatur
in ordine tamen ad petrum quē
paſtorem et caput ac principem
tocius eccleſie inſtituerat ꝛ quē
vicarium dimittebat in terris ·
et ita nunc epiſcopi mittuntur
et aſſumuntur in partem ſolici-
tudinis ab ipſo petri ſucceſſore
¶ Ad terciam reſpondetur ꝙ ar
chidyaconi nec aliqui preſbitri
habent predicandi auctoritatē
niſi auctoritate pape eis conceſ
ſa.

¶ In dominica ſexta eſt euangelium. Niſi iuſticia veſtra habundauerit plus. ꝛc. Mathei. v. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Primum vtrum neceſſe ſit ad ingreſſum regni celorum ꝙ iuſticia fidelium habundancior ſit ꝙ̃ phariſeorum. ¶ Secundo vtrū conuenienter multo ergo forcius alijs eccleſie prelatis ſuperioribꝰ In oppoſitum aſſignentur tres gradus ire. ¶ Tercio vtrum recōciliacio fratris ſemper ſit faciēda ante oblacionem muneris ſiue ſacrificij.

Ad primam ſic proceditur ꝛ videtur ꝙ non ſit neceſſe ad ingreſſum regni celorum ꝙ iuſticia fidelium habundancior ſit ꝙ̃ phariſeorum. Primo ſic ad conſecucionem ſalutis eterne ꝛ per conſequens ad ingreſſum regni celorum ſufficit obſeruancia diuine legis. ſcḋm illud ſaluatoris. Mathei. ix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mādata ſed vna ꝛ eadem videtur eſſe lex quantum ad moralia et antiquorum ꝛ nunc fidelium ꝛ ꝑ conſequens eadem iuſticia. cum iuſticia vt ait Plato ſit ars ꝛ diſciplina viuendi. ergo non oportet ꝙ habūdācior ſit iuſticia xpianorum ꝙ̃ fuerit phariſeorum ad intrandum regnum celorum.

¶ Secundo ſic ſi dicatur ꝙ ideo habūdancior debet eſſe noſtra iuſticia. quia lex Moyſi non cohibebat animū ſed manum tm̄ cōtra eodē mō eſt ordinare animū ad virtutem vt cohibere a pcc̄o ſed lex moſayca ordinabat animū ad virtutem. vt patet deutronomij. vi. diliges dominum deum tuum. ꝛc. ergo ꝛ ipſa cohibebat animū a peccato. ¶ Tercio arguitur ſic. Iraſci non eſt illicitum. ergo non videtur ꝙ per non iraſci frī ſuo ſit iuſticia xpianorum habūdancior. cum non videatur aliquid addere maioris perfectionis ꝙ̃ iuſticia phariſeorum. conſequencia videtur bona probatur aſſumptum. primo ſic. nullus motus naturalis videtur eſſe culpabilis. ſed iraſci eſt motus naturalis. vt dicit gloſa. in preſenti euangelio ergo iraſci nō eſt illicitum. Secundo ſic nullus peccat in eo quod vitare non poteſt. ſed iram homo vitare nō poteſt vt habetur gloſa ſuper illud pš. Iraſcimini ꝛ nolite peccare. ergo aſſumptum eſt verum.

¶ In oppoſitum eſt euāgelium preſens in quo xpus inquit niſi iuſticia veſtra. ꝛc. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ neceſſe eſt ꝙ iuſticia fidelium ſit habundancior ꝙ̃ iuſticia phariſeorum. ſi ingredi velint regnum celorum. Pro quo ſciendum ꝙ phariſei credebant per precepta decalogi ſola

opera exteriora phiberi nō motū
animi quia vt credebāt volūtas
mala non eſt peccatum niſi exe-
at in effectum vnde dicebant de
hoc precepto· non occides ꝙ per
hoc prohibebatur occidendi fac-
tum ⁊ non occidendi propoſitum
⁊ hoc eſt quod dicit ſaluator au-
diſtis quia dictum eſt antiquis
non occides hoc eſt ſic interpre-
tabantur preceptū hoc ·ſed hunc
errorem excludit ſaluator dicēs
Ego autem dico vobis quoniaȝ
omnis qui iraſcitur fratri ſuo re
us erit iudicio·hoc eſt non ſolum
qui occiderit fratrem ſuum ſed q̄
iraſcitur ei reus erit iudicio in q̊
chriſtus ſuperaddendo ſuper ac-
tum exteriorem homicidij actum
interiorem animi oſtendit quo-
modo iuſticia veſtra debet habū
dare pluſ ꝙ̄ iuſticia phariſeoruȝ
que ſolum opus exterius prohi-
beat ⁊ ideo lex noua dicitur per-
fectior ꝙ̄ vetus lex ī hoc qꝺ̄ ⁊ ani
mum ⁊ manum cohiberet.

¶ Ad raciones in oppoſitum.
Ad primam reſpondetur negan
do conſequenciam ⁊ racio eſt ·ꝗꝛ
licet vna lex quo ad moralia ſit
vetus ⁊ noua quantum ad ſub-
ſtanciam preceptorum aliter ta-
men interpretabatur a phariſe
is ⁊ aliter a chriſto ⁊ ſuſcipien
da eſt a fidelibus ·vnde Auguſti
nus dicit contra Fauſtum · Q̄
pene omnia que monuit vel pre-
cepit dominus vbi adiungebat
ego autem dico vobis ibi inue-
niuntur eciam in illis veteribus
libris ſed quia non intelligebāt
homicidium niſi per interempcionem
corporis humani aperuit domi-
nus omneȝ iniquum motum ad
nocendum fratri in homicidij ge
nere contineri ⁊ quantum ad hu
iuſmodi explicitas manifeſtacio
nes precepta noue legis dicun-
tur maioris perfectionis precep
tis veteris legis. vnde obſeruan
cia legis non ſufficiebat ad ſalu
tem anime in antiquo teſtamen
to niſi lex iuxta interpretacioneȝ
chriſti intellecta ⁊ obſeruata.

¶ Ad ſecundam reſpondetur
ꝙ aliud eſt loqui de iuſticia pha
riſeorum· ⁊ aliud eſt de lege vete
ri· Iuſticia enim phariſeorum e-
rat· quia credebant ſolum opera
exteriora eſſe peccata ⁊ ſola illa
prohiberi·ſed lex vetus bene pro
hibeat cum opere exteriori eciam
malam voluntatem interiorem :
ſicut ſupra argutum eſt· eciam
quia intencio legiſlatoris cuiuſli
bet legis eſt facere ciues bonos ⁊
virtuoſos ·vt dicitur ſecundo·
ethicorum. ſed nullus poteſt eſ
ſe bonus ⁊ virtuoſus niſi opere-
tur bona ex animo ⁊ deſiſtat a
malis non ſolum opere ſed eci-
am voluntate·ergo lex vetus vt
pote diuina et rectius poſita
quam ſit quecumqꝫ lex ciuilis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prohibeat non ſolum opus exte
rius ſed interiora animi. verum
eſt. tamen ꝙ non cohibeat ani-
mum ſed manum. Differt enim
prohibicio et cohibicio. quia pro
hibicio fit ſolo verbo et abſq; pe
ne comminacōne. Cohibicō eſt
que fit per factum vel per metum
ex pene comminacōne. quia au
tem tantum ſe extendit cohibi-
cio ſiue coactō legis quantum ſe
extendit inflictō penarum deter
minatarum per legem ¶ Nulla
enim lex habet virtutem coacti-
uam. niſi propter penas quas
infligit vel comminatur. ſic lex
vetus non infligebat nec cōmi-
nabatur niſi penas temporales
infligendas ꝑ homines et pro fa
ctis exterioribus quorum homo
eſt cognitor. de interioribus au-
tem nō eſt hominis iudicare nec
penam infligere. et ſic patet re-
ſponſio. quia lex vetus licet pro-
hibeat a peccato omni tam cor
dis ꝙ̃ opis exterioris non tamē
cohibebat penam imponendo
niſi opera exteriora. ¶ Ad terci-
am reſpōdetur negādo cōſequē
ciam quia vt dicit Alex. de alis in
tercio. aliud eſt iraſci fratri. ali-
ud iraſci peccato aliud iraſci ab-
ſolute. Iraſci fratri ſemper pro-
cedit ex vicio. ſic enim ira dicitur
vt dicit Aug9. vlciſcendi libido
et ſicut dicit ſanctus Thomas.
Chriſtus loquitur hic in euāge
lio de motu ire quo quis appetit

proximi occaſionem aut quam-
cumq; grauem leſionem cum a re
tatu ſi conſenſus racōnis ſuper
uenit ſine dubio peccatum morta-
le eſt et ita non eſt licitum. Iraſci
vero peccato procedit ex virtute
quia ex amore vel zelo iuſticie.
Iraſci vero abſolute eſt motus in
differens et aliquando eſt illici-
tum aliquando non. Unde Cri.
dicit ſuper matheum qui iraſcit
ſine cauſa reus eſt. qui vero cum
cauſa reus non ē. ſi ita non fue-
rit nec doctrina proficit nec iudi
cia ſtant nec crimina compeſcun
tur.

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
ꝙ non conuenienter aſ
ſignentur gradus ire cum dici-
tur qui dixerit fratri ſuo fatue re
us erit gehenne ignis. Nam apo
ſtolus galatos vocat inſenſatos
ad Galath. iij. et dominus Luce
xxiij. diſcipulos euntes in caſtel-
lum emaus vocat ſtultos dicens
O ſtulti et tardi ad credendum.
etc. ergo videtur ꝙ non dicatur be
ne ꝙ qui dixerit fratri ſuo fatue
reus erit gehenne ignis
¶ In oppoſitum eſt textus pre-
ſentis euangelij. ¶ Reſpon-
deo dicendum ꝙ triplex gradus
ire conuenienter ordinatus po-
nitur a domino in euangelio p̄-
ſenti. Primus quidem eſt in cor
de qui notatur cum dicitur Qui
iraſcitur fratri ſuo ¶ Secundus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt in ore per verbum confuſum
contumelioſum qui notatur cum
dicitur · qui autem dixerit fratri
ſuo racha quod ē interiectio ira-
ſcentis Tercius gradus ē quan-
do proceditur ad contumeliā de-
terminatam qui notatur cum di
citur qui dixerit fratri ſuo fatue
re⁹ erit ꝛc̄ Primus grad⁹ eſt mi-
noris culpe q̄ ſcd̄us ꝛ ſecundus
q̄ terci⁹ ꝛ ideo primo minor cul
pa determinatur cum dicitur re-
us eſt concilio . quia minus ē ꝙ
⁊ carne vnitus. vnde Criſo. ſup
illud Math. xiiij. Acceptis qui
qʒ panibus ⁊ duobus piſcibus
aſpiciens in celum benedixit ⁊c
dicit oportebat inquit credere de
chriſto quoniam a patre eſt. et
quoniam ei equalis eſt. ⁊ ideo vt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vtrūq; oſtendat nunc quidem
cum poteſtate nunc autem oꝛās
miracula facit. dicimus ergo ꝙ
chriſtus in curacione huiuſmodi
infirmi ipſe ſuſpiciens in celum
ingemuit vt oſtenderet ſe veriꝫ
hominem a deo querens auxiliū
¶ Ad terciam reſpondetur ne
gando conſequenciam. et racio
eſt quia hoc fecit. vt dicit Criſoſ
timus: volens nos erudire prohi
bere eos qui volunt nos propter
nos laudare. ſi autem ad dei glo
riam refertur non debemus pro‑
hibere ſed magis iniungere. vt
hoc fiat ſicut illud Mathei. quin
to. vade in domum tuam ad tu‑
os. et annuncia eis quanta domi
nus tibi fecit.

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
ꝙ illi homines publican
do miraculum chriſti peccauerūt
et videtur ꝙ ſic. quia deo eſt in
omnibus obediendum. ſm illud
Exodi. viceſimoquarto. Omnia
que locutus eſt dominus facie‑
mus et erimus obedientes. ſed iſ
ti non obedierunt precepto chri‑
ſti qui preceperat eis ne cuiq; di‑
cerent ergo et cetera.
¶ Secundo ſic. aut chriſtus
voluit fieri illud quod dixit eis.
an non ſi voluit ſequitur ꝙ fece
runt contra preceptum eius. et
ſic peccauerunt aut voluit. ſequi

tur ꝙ chriſtus eſſet mendax vel
duplex in verbo quod eſt impoſ
ſibile. ¶ In oppoſitum vide‑
tur ꝙ non peccauerunt. quia nō
fuiſſent digni ſaluacionē. ¶ Re
ſpondeo dicendum ꝙ illi homi‑
nes predicando miracula chriſti
non peccauerunt. quia chriſtus
cum precepit eis vt non dicerēt
non intendit eos per virtutem p̄
cepti obligare. vt dicit Gregoriꝰ
ix. moral. ſed ſeruis ſuis ſequē
tibus exemplum dedit vt ipſi q̄
dem virtutes ſuas occultare deſi
derent et tamen vt alij eorum ex
emplo proficiant prodantur in‑
uiti. et ſic patet reſponſio ad pri‑
mum argumentum. ¶ Pro re
ſponſione ad ſecundum eſt ſcien
dum. ꝙ i chriſto ponitur duplex
voluntas ſicut et duplex natura.
vna diuina et eſt duplex. vna ſi‑
gni et altera beneplaciti. volun‑
tas enim beneplaciti ē qua vult
aliquid ſimpliciter et abſolute. et
ſic chriſtus voluit miraculū pub
licari quia contra voluntatem be
neplaciti nichil fit ſed bene fit cō
tra voluntatem ſigni. Alia fuit
voluntas humana. et ſic chriſtꝰ
voluit quodammodo et quodam
modo noluit miraculum publica
ri. quia voluit ad dei gloriam. no
luit autem vt oſtenderet huma
nam laudē fugiēdam. ſicut enim
ſunt aliqua parti voluntaria et
partim inuoluntaria. vt dicitur
iij. ethi. de eo qui proiicit merces

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in mali vult et nō vult diuerſis reſpectibus· quia nō vult abſolute. vult tamen in tali caſu poſitus ꝛc·

¶ In dominica ·xiij· eſt euangelium· In illo tempore dixit iheſus diſcipulis ſuis. Beati oculi qui vident que vos videtis ꝛc. Lu x

Circa qđ pn̄t diſputari ſeqn̄tes queſtiones ¶ Primo vtrum ſit verum qđ dictum eſt apoſtolis ſcȝ Beati oculi qui vidēt que vos videtis· ¶ Secundo vtrum in ſtatu vie de⁹ poſſit imediate a nobis amari. ¶ Tercio vtrum modus de diligēdo deū toto corde ꝛc q̄ mltiplicat̄ i p̄cepto p̄dicto poſſit in via ſeruari

Ad primam queſtionem ſic proceditur et videtur ꝙ nō ſit verum ꝙ beati oculi qui vident que vos videtis Primo ſic Ioh· vlti. ſcribit̄ Beati qui nō viderunt et crediderunt ¶ Secūdo ſic· Aut loquit̄ de viſione interiori per fidem et hoc nō· quia multi prophete et reges viderunt hoc modo viſionis chriſtū vnde Ioh· viij· Abraham vidit diem meum et gauiſus eſt· non autem de exteriori quia exteriori viſione eciam viderunt iudei ſacerdotes et phariſei. vnde Ioh· xxv· de iudeis nunc autem viderūt et oderunt me et patrē meū· ſed oculi eorum non fuerunt beati· ergo nec oculi apoſtolorum ¶ Tercio beatitudo dicit̄ ſtatus omniū bonorum congregacōne perfectus· ſed apoſtoli videntes chriſtum hic in terra nō cōſequebant̄ beatitudinem· quia vt dr exo· xxxiij· Nemo videbit deum et viuet· ergo non erant dicendi oculi eorum beati

¶ In oppoſitum eſt euangeliū p̄ſens· ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ beatitudo eſt duplex· vna rei que conſiſtit principaliter in aſpectu et fruicione diuinitatis ꝛ ex conſequenti in viſione humanitatis chriſti et ſic habetur in patria. Alia eſt beatitudo in ſpe q̄ in preſenti vita conſiſtit. ꝛ ſic habetur in via in viris excellentibus virtute. et de iſta loquit̄ hic Secundo notandum ꝙ ſm̄ qđ duo oculi dicunt̄ in homine ſcȝ interiores ꝛ exteriores· ita duplex dicitur viſio ſcȝ viſio interior que ſit per internam ſpiracōnem đ qua dicit̄ ad eph· p̄mo. Deus det vobis ſpm̄ ſapiencie et reuelacōnis in agnicōnem illuminatos oculos cordis veſtri· de iſta viſiōe dr Ioh· viij· Abraham vidit diē meum ꝛ gauiſus ē. ꝛ hoꝝ q̄de oculi beati beatitudine ſpei. de quibus dicitur Ioh· vlti· Beati qui non viderūt ſcȝ corporaliter ꝛ crediderūt ſcȝ per fidem per dilectionem operātem chriſtū incarnādum ꝛ paſſurū pro humani generis ſalute· Alia eſt viſio pure corporalis que cōmunis fuit apl̄is ꝛ iudeis· et de iſta nō loquitur. Aliqui

autem ſunt qui vtraqꝫ viſione vi
derunt chriſtum ſcȝ ⁊ interiori vi
ſione fidei ⁊ exteriori videntes eū
inter homines conuerſantem et
miracula ſoli deo ꝓpria opantez
et de tali viſiōe dicitur Joh·i·Vi
dimus gloriam eius quaſi vni-
geniti a patre· vtrumqꝫ enī mo-
dum videndi habuit Joh·⁊ alij
apoſtoli quia cum eo fuerūt cor-
poraliter cōuerſati et ſic viderūt
ſenſibiliter opera virtutem toci9
creature excedencia ſicut ſuſcita-
cio mortuorum·illuminacio ceci
et cōſimilia ex quibus viſu men
tis perceperunt eius diuinitatē
in carne latentē ⁊ hoc modo ocu
li videntes xp̄m beati ſcȝ qui ſcȝ
vt dicit magnus Albertus q̄ ſic
xp̄m exterius aſpexerunt q̄ inte
rius diuinitatem per fidem in eo
ex exterioribus miraculis intelle
xerunt· vel ſic econuerſo qui ſcȝ in
teriora diuinitatis chriſti intelle
xerunt vt eam vnitam humani-
tati quam videbant crediderunt
et tali modo nunq̄ eſt viſus. niſi
a preſentibus deitatem ⁊ huma
nitatem eius cognoſcentibus· ⁊
hoc eſt qd̄ dicit· beati oculi qui vi
dent que vos vidiſtis. ¶ Ad ra-
ciones in oppoſitum Ad primā re
ſpōdetur q̄ nō opponūtur. vnde
eſt notandum q̄ duplex dicitur
beatitudo eciam in via quedā rei
que conſiſtit in munere diuino
ſiue per participacionem diuini
muneris de quo quāto alicui pl9
conceditur tanto beatior eſt ⁊ ſic
quātum ad hoc dicitur hic beati
oculi qui vident ⁊c̄· quia hoc mu
nus grāde habuerunt. Alia eſt
beatitudo ſpei que conſiſtit ī me
rito· vnde ſcḋm hanc tanto quis ē
beatior quāto poteſt plus mereri
plus autem meretur qui credit ⁊
non vidit q̄ qui videns credit
¶ Ad ſecundam reſpondetur
q̄ loquit̄ de viſiōe vtraqꝫ ſicut di
ctū eſt. ¶ Ad terciam reſpondet̄
q̄ nō loquitur de beatitudine pa
trie. ſed de illa que dicitur ſpei q̄
habetur in via· vel dicendum q̄
tales dicūtur beati et nō prophe
te. quia licet prophete aliqui vi-
derunt xp̄m per fidem a longe ꝓ
ſpiciendo·non tamen viderūt eū
preſentem inter eos cōuerſando
ſicut viderunt apoſtoli·et ido di
cūtur beati· q̄ in eis fuit cōpletū
quod antiquis patribus fuerat
promiſſum.

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur ⁊ videtur
q̄ deus in ſtatu vie non
poſſit immediate a nobis ama-
ri ¶ Primo ſic· Incognita amari
nō pn̄t·vt dicit Aug·x·de trini·
et ph̄us·ix·eth·ſed nos in ſtatu
vie nō videmus immediate deū
quia nō per eēnciam ſed per ſpe-
culum in enigmate vt dicitur·i·
corin·xiij·ergo nec ipſum imme
diate per eēnciam amare poſſu-
mus· ¶ Secundo ſic·Cognicio
patrie excedit cognicionem vie

inquātum homō videt in patria
deum per eſſenciam ſi ergo in via
homo immediate ꝑ eſſenciā ama
ret deum caritas patrie non exce
deret caritatem vie quod eſt fal
ſum. ¶ Tercio homo a deo diſiū
gitur ꝑ peccatum ſcḋm illud. Iſa.
lix. Peccata veſtra diuiſerunt in
ter vos ⁊ deum veſtrūm. ſed pec
catum magis eſt in voluntate q̄ꝫ
in intellectu. ergo minus homo
poteſt in ſtatu vie diligere deum
immediate q̄ꝫ immediate eum
videre.

¶ In oppoſitum eſt euangelium
preſens. vbi dicitur diliges do
minum deum tuum. ⁊c̄. ¶ De
cundo ſic cognicō vie ꝑ hoc quod
eſt mediantibus creaturis dici
tur enigmatica ⁊ euacuatur ī pa
tria. i. corin. xiij. Sed caritas nū
q̄ꝫ excidet vt ibidem dicit apoſto
lus ergo caritas nō diligit deum
mediante creatura ſed immedia
te deo adderet. ¶ Reſpon
deo dicendum ſub iſta concluſio
ne qꝫ deus in ſtatu vie immedia
te poteſt amari ⁊ amatur a ſan
ctis. vnde Auguſtinus. in libro
confeſſ. ve illis qui diligunt nut9
tuos pro te. nutus autem diuini
dicuntur participacio diuine bo
nitatis in creatura. ergo deus a
ſanctis amatur in ſtatu vie im
mediate non ſcḋm qꝫ eius bonitas
in creaturis participatur. Pro
qua concluſione notandum iux

ta ſanctum thomā. in tercio qꝫ
in potencijs. ordinatis ita eſt. qꝫ
vbi terminatur operacio prioris
potēcie ibi incipit operacio ſequē
tis. ſicut patet qꝫ ſenſus termi
natur ad ymaginacionem que ē
motus factus a ſenſu ſcḋm actum
intellectus in termino ymagina
cionis īcipit quia fantaſmata ac
cipit pro obiecto. vt dicitur ter
cio de anima. ⁊ ideo illa cum verū
que non habent fantaſmata cog
nicionem non poteſt accipere. niſi
ex rebus quarum ſibi repreſentā
tur fantaſmata. vnde ī ſtatu vie
in qua accipit a fantaſmatibus
non poteſt immediate videre ſed
oportet qꝫ ex viſibilibus quorū
fantaſmata capit in eius cogni
cionem deueniat. q̄uis autem ip
ſam dei eſſenciam non videat im
mediate tamen cognicio intelle
ctus ad ipſum deum terminatur
quia ipſum eſſe ex effectibus cō
prehendit. vnde operacio volun
tatis circa ipſum deum immedia
te eſſe poteſt. nullo medio inter
ueniente quod ad voluntatem ꝑ
tineat multis tamen medijs pre
cedentibus ex parte intellectus
quibus in deum cognoſcendum
peruenit. ¶ Ad raciones in
oppoſitum. Ad primam reſponde
tur negando conſequenciam ⁊ ra
cio eſt quia q̄uis incognita ama
re non poſſumus oportet enim qꝫ
amor ſit cogniti aliqualiter. tū

nō oportet ꝙ ſit idem ordo cogni
cionis et dilectionis . nam dile=
ctio eſt cognicōnis terminus . et
ideo vbi deſinit cognicio ſcʒ in ip
ſa re que per aliam cognoſcit̃ ibi
ſtatim dilectio incipere poteſt . et
ita illd̓ quod cognoſcitur in alio
poteſt in ſeipſo amari . ¶ Ad ſe
cundum reſpondetur negādo cō=
ſequenciam . et racō eſt . quia q̄n
to bonum ꝑlenius cognoſcit̃ tan
to magis eſt amabile et precipue
illud bonum quod eſt finis et in
quo nō inuenitur aliud quo of=
fendatur affectus . et ideo quia
deus plenius cognoſcitur in pa
tria q̄ꝫ eciam nūc plenius amabi
tur . ſed iſta diuerſitas ex parte
cognicōnis erit per id quod ē ꝓ
prium cognicōni ſcʒ cognoſcere
per ſe et in alio . et ideo non erit
vnius racōnis cognicio vie ⁊ pa
trie . in affectu autem erit per di=
uerſitatem nō eius per quod ad
eam ꝑtineat . ſed per diuerſitatē
cognicionis et tamen erit eadem
racio amoris ſed differt amor ꝑ
maius et per minus . ¶ Ad terci
am reſpondetur negando conſe=
quenciā et racō eſt . quia per cari
tatem tollitur auerſio a deo que
eſt per peccatum nō autem per ſo
lam cognicionem . et ideo caritaſ
eſt que diligendo animā imme
diate deo cōiungit ſpiritualivin
culo vnionis .

AD terciam queſtionem
vtrum modus ille de di
ligendo deum toto corde
qui implicatur in precepto predi
cto poſſit in via ſeruari . ſic pro=
ceditur et videtur ꝙ nō poſſit in
via obſeruari . Primo ſic . Non
poſſumus in hac vita ſine pecca=
to manē . i . Ioh . i . ſed cum quis
peccat non diligit deum toto cor=
de . ergo illud preceptum non po
teſt totaliter in via adimpleri
¶ Secūdo ſic . Non poteſt ſimul
cor ad multa ſe habere ſed opor
tet dum in hac vita ſumus ꝙ cor
rebus temꝑoralibus aliquando
apponamus . ergo non poteſt ho
mo in hac vita toto corde dilige
re . ¶ Tercio ſic . Non poteſt deꝰ
a nobis totaliter diligi . ergo per
cōſequens toto corde non poſſu=
mus diligere . cōſequencia videt̃
bona . antecedens patet . Deus
non poteſt intellectu comprehen
di vt totaliter videat̃ . ergo non
poteſt comprehendi affectu vt
totaliter diligatur . conſequen=
cia eſt bona quia amor ſequitur
cognicionem . ¶ In oppo
ſitum eſt preſens euangelium .
Dicit enim Iherō . Qui dicit de=
um aliquid impoſſibile precepiſ
ſe homini anathema ſit . ſed hoc
deus precepit omnibus in ſtatu
vie exiſtentibus ergo hereticum
eſt dicere ꝙ predictum preceptū
non poſſit in via oſeruari .

¶ Reſpondeo dicendum iuxta
ſanctum thomam · ꝙ totum et ꝑ
fectum idem eſt vt philoſophus
dicit · racio autem perfecti in hoc
conſiſtit vt nichil ei deſit · ſed hoc
contingit dupliciter aut ita ꝙ ni
chil deſit eorum que natum eſt
habere · aut ita ꝙ nichil deſit eo
rum q̄ debet habere ſicut aliquis
habet perfectam quantitatem
quantum requirit humana natu
ra · ⁊ ſi non habeat quantitatē
gigantis quam poſſibile eſt eſſe ī
humana natura · Prima ergo ꝑ
fectio humane nature eſt ī ſtatu
glorie quando homo habebit to
tum hoc quod poſſibile eſt eſſe in
humana natura. Sed ſecunda ꝑ
fectio eſt nature condite · quando
ſcilicet homo habeat totum hoc
quod debebit habere ſm̄ tēpus
illud ⁊ ſm̄ hoc eciam duplex to
talitas in dilectione dei attendi
tur Vna qua nihil deerit de hijs
quē poteſt hō expendere in amo
rem dei quando in dilectione po
nat ⁊ de hac prima totalitate po
nitur iſta concluſio ꝙ hec quidē
perfectio ſiue totalitas non preci-
pitur vt facienda ſed magis oſtē
ditur vt ſciatur quo perueniē-
dum eſt vt dicit Auguſtinꝰ · ſed
ſic impletur in patria. quia ibi
mens fertur in deum totaliter et
perfecte quantum ſibi eſt poſſibi
le ⁊ ſine aliqua interrupcione ·
Alia autem eſt totalitas ſm̄ quā
nihil homo ſubtrahit de hijs quē
debet ponere ſcd̄m tempus illud
in amore dei · ⁊ hec totalitas ex-
cludit omne qd̄ eſt cōtrarium re
pugnans dilectioni diuine · non
autē id quod ad tempus actū
dilectionis intercipit quia ſemꝑ
agere ſm̄ actum virtutis non eſt
niſi eorum qui ſunt in ſtatu bea
titudinis que perfectio felicita-
tis eſt in operacione · ꝑfectio vir
tutis eſt in habitu. ⁊ ita adim-
pletur via quando nichil diligi-
tur cōtra deum · Iſta enim perfe
ctio eſt que debet ineſſe ex debito
neceſſitatis · vt puta ꝙ diligatꝰ
deus toto corde id eſt intellectu
ſine errore quod non faciunt infi
deles ⁊ ſortilegi · tota anima id ē
volūtate ſine contradictione qd̄
non faciunt qui poſt concupiſcē
cias ſuas currunt ex omnibus vi
ribus id eſt operibus que exple-
tur per vires anime ⁊ corporis ·
quod non faciunt qui membra
ſua exhibēt ſeruire iniquitati ad
iniquitatem . ⁊ tota mente id eſt
iugi memoria · quod non faciunt
cupidi ⁊ auari . quia vbi eſt the
ſaurus tuus ibi ⁊ cor tuum . Al-
bertus ſic ex toto corde dilige vt
motus vite ad ipſum referas · ex
tota anima vt intelligenciam ⁊
volūtatē ⁊ memoriā cū corꝑalibꝰ
organīs ad ipſū cōuertas ex oībꝰ
viribꝰ . vt nichil tibi de viribus
tuis retineas vel attribuas tibi ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et omni mente tūa vt omnia or
dines caritatis ordine · vt nihil
inordinatum relinquas . ſic em̄
attingit caritas a fine vſ ꝙ ad fi
nem fortiter et diſponit om̄ia
ſuauiter

¶ In dominica decīmaquarta ē
euangelium · Dum iret ihesus in
iherlm ꝛc · Luce . xv · Circa quod
pn̄t diſputari ſequentes queſti-
ones · ¶ Primo vtrum ad ſanā
dum lepram peccati ſit neceſſari
um confiteri ſacerdoti · ¶ Secū-
do vtrum nouem leproſi nō red-
dentes gracias chriſto de eorum
curacione peccauerunt mortali-
ter.

Ad primam queſtionem
ſic proceditur et videtur
ꝙ ad ſanandum lepraꝫ
peccati non ſit neceſſarium confi
teri ſacerdoti · Primo ſic · ¶ Cura
cio lepre peccati precedit confeſſi
onem · vnde in euāgelio dicitur
ꝙ iſti decem leproſi dū irent ad
oſtendendum ſe ſacerdotib9 mū
dati ſūt · et ita anteꝙ̄ ſe oſtēderet
ergo videtur ꝙ ad curacionem
lepre peccati confeſſio non ſit ne
ceſſaria . ¶ Secundo ſic . Aliqui-
bus eſt peccatum dimiſſum ſine
hoc ꝙ confeſſi leguntur . ſicut pꝫ
de petro et magdalena eciaꝫ de
paulo . ſed non minoris effica-
cie eſt gracia remittens peccatū

nūc ꝙ̄ tunc fuerit · ergo nec nūc
eſt de neceſſitate ſalutis cōfeſſio
¶ Tercio ſic · Dato ꝙ neceſſari-
um ſit confiteri non videtur ꝙ ſa
cerdoti penitencia eſt ſacramen-
tum neceſſitatis ſicut eciam bap
tiſmus ſed in baptiſmo propter
ſacramenti neceſſitatem eſt mi-
niſter quilibet homo · ergo ī pe-
nitencia ſufficit cuilibet confiteri
¶ Quarto ſic · Ad confeſſionem
nō obligamur niſi ex diuina in-
ſtitucōne · ſed diuina inſtitucio
nobis proponitur Iacobi · v · Cō
fitemini alterutrum peccata vrā
vbi nō ſit mencio de ſacerdote ·
ergo eciā ſi confitendum eſt nō
eſt neceſſarium cōfiteri ſacerdoti
¶ In oppoſitum eſt euangeliuꝫ
preſens · vbi dominus decem le-
proſis precepit ſe preſentari ſa-
cerdotibus , vbi ponitur ſignum
mundacionis lepre peccati p ſa-
cramentum penitencie . ergo vi-
detur ꝙ ſolis ſacerdotibus ſit fi-
enda confeſſio · ¶ Reſpōdeo di-
cendum ſub duabus concluſioni
bus · ¶ Prima eſt ꝙ confeſſio eſt
de neceſſitate ſalutis ei qui pec-
cati mortalis lepram incurrit ·
Iſta concluſio declaratur ſic iux
ta ſanctum Thomam · Paſſio cri
ſti ſine cuius virtute nec actuale
nec originale peccatum dimitti
tur in nobis operatur p ſacramē
torum ſuſcepcōnē que ex ipſa ef
ficaciā habent · et ideo ad culpe

remiſſionem ⁊ actualis ⁊ origi-
nalis requiritur ſacramentum ec
cleſie vel actu ſuſceptum vel ſal-
tem voto quando articulus neceſ
ſitatis non contemptus ſacramē
tum excludit. ⁊ per conſequens
illa ſacramenta que ordinantur
contra culpam cum qua ſalus eē
non poteſt ſunt de neceſſitate ſa-
lutis. ⁊ ideo ſicut baptiſmꝰ quo
deletur peccatum originale eſt
de neceſſitate ſalutis ita ⁊ peni-
tencie ſacramentum. ſicut autē
aliquis ꝑ hoc ꝙ baptiſmum pe-
tit ſe miniſtris eccleſie ſubicit.
ad quos pertinet diſpenſacio ſa
cramenti. ita eciam per hoc ꝙ cō-
fitetur peccatum ſuum ſe miniſ
tro eccleſie ſubicit. vt per ſacram
tum penitencie ab eo diſpenſatū
remiſſionem conſequatur qui cō
gruum remedium adhibere non
poteſt niſi peccatum cognoſcat.
quod fit per confeſſionem pec-
cantis. ⁊ ideo confeſſio eſt de ne
ceſſitate ſalutis eius qui in pec-
catum mortale cecidit. ¶ Secun
da concluſio ꝙ neceſſario ſacramē
talis confeſſio facienda eſt ſacer
doti ſi adeſt vel haberi poteſt. ꝓ
batur cōcluſio. Abſolucio penitē
tis propter quam fit cōfeſſio nō
pertinet niſi ad ſacerdotes qui-
bus claues eccleſie commiſſe ſūt
ergo confeſſio debet fieri ſacerdo
ti. Preterea ſic gracia que in ſa-
cramentis datur a capite in mē-
bra deſcendit. ⁊ ideo ſolus ille ē
miniſter ſacramentorum in qui
bus gracia datur qui habet mi-
niſterium ſupra corpus chriſti ve
rum quod ſolius ſacerdotis eſt.
qui conſecrare euchariſtiam po-
teſt. ⁊ ideo cum in ſacramēto pe
nitencie gracia conferatur ſolus
ſacerdos eſt miniſter huius ſa-
cramenti. ⁊ ideo ſoli facienda eſt
ſacramentalis confeſſio que mi-
niſtro eccleſie fieri debet. diximꝰ
ſi adeſt vel haberi poteſt. quia ali
as confeſſio fieret layco vt infra
dicetur.

¶ Ad raciones in oppoſitum
Ad primam reſpondetur negan-
do conſequenciam. et racio eſt
quia cum irent ad oſtendendum
ſe ſacerdotibus iam propoſitum
intelligebantur habere confiten
di ⁊ hoc ſufficit ſicut dictum eſt.
¶ Ad ſecundam reſpon-
detur dupliciter. Primo quia li-
cet illorum nō legatur confeſſio
potuit tamen eſſe multa enim ſūt
facta que non ſunt ſcripta. ¶ Se
cundo reſpondetur negando con
ſequenciam. ⁊ racio eſt quia non
eſt idem de alijs miniſtris eccle-
ſie ⁊ de chriſto. chriſtus enim ha
buit poteſtatem excellencie in ſa
cramētis. vnde ſine hijs que ad
ſacramentum pertinent potuit et
poteſt rem ſacramenti conferre.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad terciam reſpondetur ne
gando conſequenciam regularit̃
tamen in caſu neceſſitatis conce
dit᷑. Vnde ſicut baptiſmꝰ eſt ſa
cramentū neceſſitatis. ita et peni
tencia. Baptiſmus autem quia
eſt ſacramentū neceſſitatis habꝫ
duplicem miniſtrum. vnum cui
ex officio baptizare incumbit ſi
cut ſacerdotem et aliū cui racōe
neceſſitatis diſpenſacō baptiſmi
cōmittitur. et ita eciam miniſter
penitencie cui cōfeſſio eſt faciēda
ex officio eſt ſacerdos. ſed in ne-
ceſſitate eciam laycus vicem ſa-
cerdotis ſupplet vt ei cōfeſſio fie-
ri poteſt. Vnde de pe. di. vi. dicit᷑
tanta eſt vis cōfeſſionis vt ſi ſa-
cerdos deeſt cōfiteatur homo ꝓxi
mo ſuo qui licet poteſtatem ab
ſoluendi nō habeat efficitur ta-
men dignꝰ venia ex deſiderio ſa
cerdotis ¶ Ad quartā reſponde
tur negando conſequenciam. et
racō eſt quia Iacobus loquitur
ex ſuppoſicione diuine inſtitucio
nis. et ꝙ diuinitus inſtitucio p̄-
ceſſerat de cōfeſſione ſacerdoti-
bus facienda per hoc ꝙ eis pote-
ſtatem remittendi peccata in a-
poſtolis dedit vt patet Ioh̄. xx.
et ideo intelligendum eſt ꝙ Ia-
cobus confeſſionem eſſe faciēdā
ſacerdotibus monuit in verbis
predictis

AD ſecundam queſtionē
ſic proceditur ⁊ videtur
leproſi non redeūtes ad
dādū gloriam deo et gracias refe
rendo de curacōne eoꝝ nō pecca-
uerunt mortaliter. Primo ſic. ꝙ
ingratitudo nō ſemper eſt pecca-
tum mortale. vtpote quando ꝓ
cedit ex quadā negligencia aut
ex aliqua indiſpoſicōne hominiſ
ad virtutē. iſti autem potuerūt
aliqua huiuſmodi occaſione nō
redire ad dandum gloriam deo.
gͦ nō videtur peccaſſe mortaliter
¶ In oppoſitū videtur euangeli
um ꝙ illos nouem videtur repro
bare de hoc. ¶ Reſpondeo dicen
dum noſtro iudicō ꝙ illi peccaue
rūt mortaliter. quoniam in illa
eorum negligencia videnť incur
riſſe ingratitudinis vicium. non
recognoſcētes beneficiū ſuſceptū
nec laudantes et glorificātes do
minū quem magnis clamoribꝰ
et precibus propulſarūt vt eorū
miſereret᷑ ſanando eos a lepra.
Vnde ſunt ſicut illi de quibꝰ apo
ſtolus ad Roma. i. Non ſicut de
um glorificauerunt aut gracias
egerunt quo circa meruerunt de
ſuſcepto beneficio priuari. niſi
quia dominus altiſſimus benig
nus eſt ſuper gratos et malos lu
ce. vi. ¶ Ad racōnes in oppo-
ſitum reſpondetur ꝙ ingratitu-
do illa videtur proceſſiſſe non ex
ſimplici quadam negligencia. ſꝫ
ex interiori contemptu gracie ſu-
ſcepte. creduntur enim fuiſſe de
cepti a ſacerdotibus quibus ſe
preſentauerunt qui doctrine xp̄i

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et miraculis detrahebant · ⁊ ſm eorum informacionem attribuebant ſuam ſanacionem obſeruacioni legis ⁊ non virtuti chriſti licet a principio fideliter ⁊ deuote potuiſſent ab eo ſanari·

¶ In dominica decimaquinta eſt euangelium· Nemo poteſt duobus dominis ſeruire ⁊c· Math ſexto· Circa quod poſſunt hec diſputari. ¶ Primo vtrum homo poteſt duobus dominis ſeruire·
¶ Secundo vtrum poteſt quis deum odio habere·
¶ Tercio vtrum omnis ſolicitudo temporalium ſit prohibita.

Ad primam ſic proceditur ⁊ videtur ꝙ homo poteſt ſeruire duobus dominis ¶ Primo ſic. quis poteſt ſibi conſtituere duos fines · temporalem et eternum · non referendo vnum ad alterum ergo· ⁊c· conſequencia videtur bona quia inde non poteſt duobus dominis ſeruire. quia non poteſt ſimplicitas ⁊ vnitas intencionis anime manere antecedens probatur multipliciter ¶ Primo ſic· nichil prohibet eundem motum eſſe gracie ⁊ nature ſicut diligere quia beneficus qd reſpicit naturam ⁊ diligere quia bonus quod reſpicit graciam ergo nichil prohibet eundem actum referri ad finem nature ⁊ finem gracie· ſed finis nature ſemper eſt in creatura finis gracie in creatore. vnius ergo ⁊ eiuſdem actus poterunt conſtitui duo fines non referendo vnum ad alterum·
¶ Secundo ſic· cum racio ſit vna potencia habens partem ſuperiorem ⁊ inferiorem racione ſuperioris poteſt moueri in deum racione inferioris que coniuncta eſt ſenſualitati in id quod eſt neceſſarium ita tamen ꝙ nec hunc finem ponat ordinatum ad alium· ¶ Tercio ſic· poteſt quis ire ad ſanctum iacobum ex voto facto ex caritate. Item poteſt ire ex naturali pietate ad videndum fratrem ſuum ergo eadem actio poteſt eſſe ex caritate ⁊ ex naturali pietate· ſed caritas refertur ad finem eternum naturalis pietas ad finem temporalem. ergo ſunt duo fines vnius actionis· temporalis ſcilicet ⁊ eternus. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. vnde Auguſtinus in ſermone domini de monte exponens illud ſi oculus tuus fuerit ſimplex ⁊c. niſi cor ſimplex fuerit mundum non erit· ſimplex autem quomodo erit ſi duobus dominis ſeruiatur nec vna intencione rerum eternarum purificet actionem ſuam ſed eam mortalium rerum amore obnubilet· non poteſt ergo mundum ⁊ ſimplex cor eſſe ſi diuidatur intencio et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝯſtituantur duo fines in tēporā
libus ⁊ eternis. ¶ Reſpon
deo dicendum iuxta Albertū ma
gnum. ꝙ nemo id eſt nullus ho⸗
mo cum ſit vnitas ⁊ omnia ſua
tam in corpore ꝙ̄ in anima redu
cantur ad vnum poteſt eſſe diui
ſus in duos dominos. ſicut enī
vnum membrum non eſt duorū
corporum nec vna auis facit du
os nidos. nec vnus bos in duo⸗
bus trahit agris. ſic nec vnus in
diuiſus homo duobus dominis ſ
uire poteſt. duobus dicit eccē in
quo notatur dominij diuerſitas.
vnde vterqꝫ terminus eſt forma
liter accipiendus. duo enim for⸗
maliter acceptuꝫ principium eſt
alteritatis. ſicut dicit pitagoras
eo ꝙ eſt primus receſſus ab vni⸗
tate. domini autem formaliter
ſūt domini forma dominacōis
differentes ⁊ horum vnus non ē
ſub altero. quia quorum vnꝰ eſt
ſub altero. materialiter ſunt plu
res. ⁊ ſm formam dominij ſunt
vnus ſolus. duo ergo formali⸗
ter domini non conueniunt in le
gibus ⁊ preceptis. ⁊ ſi vnus eſt
vrbane poteſtatis in preceptis al
ter eſt tyrannus ⁊ ideo dicit glo
ſa de contraria operantibus do⸗
minis. Pro reſponſione ad argu
menta iuxta alexan. de halis. in
iij. eſt notandum ꝙ conſtituere
duos fines ſcilicet temporalem ⁊
eternum contingit ita ꝙ ſint or⸗
dinati vt vnus propter alium⸗
hoc contingit dupliciter ita ꝙ po
natur eternum finis vltimus. tē
porale vero finis proximꝰ. vel eō
uerſo. vel ita ꝙ non ſint ordinati
ſed vtrumqꝫ principaliter inten
datur temporale ⁊ eternum. ſi po
natur eternum finis vltimus et
temporale finis ordinatus ad fi⸗
nem. Diſtinguunt alij ſic. quia
aut eſt actio ſpiritualis aut cor⸗
poralis ſi ſpiritualis vt predicacō
et oracio. ⁊ huiuſmodi nō poteſt
referri ad temporalem finem. re⸗
luti ad pecuniam. ⁊ per conſe⸗
quens ad finem eternum ſcilicet
deum. vnde phas nō eſſet vt ali
quis predicaret aut celebraret di
uina iſto fine vt acquireret tem⸗
poralia de quibus ſuſtentaretur
ad ſeruicium dei. Si vero ſit actio
temporalis ſicut eſt laborare in
vinea. dicūt ꝙ poteſt referri ad
finem corporalem. dum tamen re
feratur poſtmodum ad deum vt
fodere in vinea ad pecuniam ac⸗
quirendam qua ſuſtentetur ad
ſeruicium dei ſi autem econuerſo
finis proximus ponatur deus et
finis vltimus temporale pꝛu⸗
ſſiſſimum eſt. nam vt dicit Augu
ſtinꝰ. humana peruerſitas ē frui
dis vti hoc ē diuina ad aliū finē
referre ⁊ ſm hoc exponitur illud
eccleſiaſt. Ve ingredienti terrā du
abꝰ vijs. dicit gloſa duabꝰ vijs i
greditur qui quod dei eſt oper

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exhibet et q mundi est cogitacō
ne querit. Si vero constituant duo
fines conprincipales. temporale
et eternum accidit peruersitas d
qua dicit Augustinus. Que per-
uersitas est vtendis frui. hoc est
temporalia quibus vtendum est
non referre ad eterna quib9 frui
endum est. scdm hoc accipitur il
lud Ecclesiastici primo. Non ac-
cesseris ad illum duplici corde. ꝛ
illud Jacobi primo. Vir duplex
animo inconstans est in omni-
bus vijs suis. glosa. Duplex est
animo qui vult gaudere cum se-
culo et vult gaudere cum deo.
Istis habitis dicendum est ad
argumenta singula. ¶ Ad pri-
mum respondetur negando con
sequenciam. ꝛ racō est. quia mo
tus nature ordinatur ad motum
gracie. gracia enim perfectio na-
ture est. vnde in ordine quodam
se habent natura et gracia. vn-
de ad illud quod dicitur finis na
ture est in creatura intelligendū
est. q aliter finis non est in cre
atura et aliter finis voluntatis
perue. se. voluntas enim peruer-
sa proponit finem in creatura ex
cludendo finem summum. natu-
ra autem ponit finem summum
in creatura ordinabilem ad finē
summum. non ergo erit simile
de motu nature et gracie. et mo-
tu voluntatis in finem tempora-
lē et eternum. ¶ Ad secundum
respondetur negando consequē
ciam et racō est. quia racio non
potest ordinate moueri si scdʒ de
liberacōnem equaliter constitu
eret finem deum et id quod est
nature necessarium. nam motus
inferioris partis racōnis debet
ordinari et sequi motum superi
oris partis racōnis. quia aliter
peruerteretur ordo. ¶ Ad ter
cium respondetur negando con
sequenciam et racō est. quia cū
racio deliberat de fine naturalis
pietatis ꝛ de fine caritatis ad hº
q sit ordinatus modus et meri
torius necesse est vt finis princi
palis sit finis caritatis. bene po
test tamen finis pietatis natura
lis scilicet visio fratris apud san
ctum Jacobum eē causa accele
racionis motus. non tamen ex
hoc cōstituetur duplex finis p̄n
cipalis

Ad secundam questionē
sic proceditur et videtur
q homo deum odio ha
bere non possit. Primo sic. Dicit
Dyonisius. de diuinis nomini
bus q omnibus amabile et dili
gibile est primum bonum et pul
chrum. hoc autem deus est ergo
a nullo odio habetur. ¶ Secun
do sic. Nullus potest ipsam boni
tatem odio habere sicut nec ma
liciam velle. malum enim est om
nino inuoluntarium vt dicit Dy
onisius q̄rto de diuinis nomib9

deus autem eſt bonitas ipſa. er
go nullus poteſt eum odio habe
re ¶ Tercio ſic odium eſt aduer
ſio quedam. ſed ſicut dicit dioni
ſius primo. c. de diui. nominib9
deus omnia ad ſeipſum conuer
tit. ergo nullus eum odio habere
poteſt. ¶ In oppoſitum eſt
preſens euangeliū. ſm. illud pſ.
Superbia eorum qui te oderunt
aſcendit ſemper. et Johannis.
decimoquinto. Nunc autem ⁊ vi
derunt ⁊ oderunt me ⁊ patrē me
um. ¶ Reſpondeo dicendum
iuxta ſanctum thomam. Odium
eſt motus appetitiue potēcie que
non mouetur niſi ab aliquo ap-
prehenſo; deus autem dupliciter
apprehendi pt ab homine; Uno
modo ſm ſeipſum. puta cum per
eſſenciam videtur. Alio modo p
effectus ſuos. cum ſcilicet inuiſi
bilia dei per ea que facta ſunt in
tellecta conſpiciuntur. Iſta di-
ſtinctione poſita ſit iſta prima cō
cluſio. Deus in ſeipſo odio habe
ri non poteſt. quoniam ipſe per
eſſenciam eſt ipſa bonitas. quam
nullus odio habere poteſt. quia
de racione boni eſt q ametur. vñ
impoſſibile eſt q aliquis videns
deum per eſſenciam eum odio ha
beat ¶ Secundo poteſt compre
hendi per effectus ſuos. ⁊ quia
eorum aliqui ſunt qui nullo mo
do poſſunt eſſe contrarij volunta-
ti humane. ſicut ſunt eſſe viuere
et intelligere. Eſt concluſio ſecū
da iuxta albertum. q cum deus
ſit principium dans eſſe ⁊ conti-
nens in eſſe ⁊ gubernans ad op
timum ſue nature vnumquodqꝫ
et cum omnia appetant eſſe ſicut
et bonum a nullo pt haberi odio
ſed in iſta conſideracione omnia
aut naturali aut animali aut in
tellectuali motu amant deū. ſūt
autem quidam effect9 dei qui re
pugnant inordinate volūtati ſi
cut inflictio pene. ⁊ eciam cohibi
cio peccatorum per legem diuina
que repugnant voluntati depra-
uate per peccatum ⁊ ſic eſt tercia
concluſio. Et ſm hanc conſidera
cionem talium effectuum ab ali-
quibus deus odio haberi poteſt.
inquantum ſcilicet apprehēditur
peccatorum prohibitor ⁊ penarū
inflictor. ¶ Ad raciones in
oppoſitum. Ad primam reſpon-
detur q dictum dyoni. de appeti
tu naturali intelligitur qui tam
in damnatis peruertitur per id
qd additur ex deliberata volunta
te vel dicendum q racio illa pro
cedit quātum ad illos qui vidēt
dei eſſenciam que eſt ipſa eſſencia
bonitatis. ¶ Ad ſecundam re
ſpondetur eodem modo ¶ Ad
terciam reſpondetur q deus con
uertit omnia ad ſeipſum inquā
tum eſt eſſendi principium quia
omnia inquantum ſunt tendūt
i dei ſimilitudinē q̄ ē ipſū eē ⁊c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad terciam ſic proceditur
et videtur ꝙ non omnis
ſolicitudo temporalium
ſit prohibita. Primo ſic. ex illo
Luce. x. Martha ſolicita es er-
ga plurima. ¶ Secundo ex illo
ad Roma. xij. qui preeſt in ſoli-
citudine ꝛc. ¶ Tercio ex illo. i. cor.
vij. qui cum vxore eſt ſolicitus eſt
que ſunt mundi quomodo placeat
vxori. ¶ In oppoſitum eſt euan
gelium preſens. ¶ Reſpondeo
iuxta dominum Albertum dicendum
ꝙ duplex eſt ſolicitudo. vna eſt
ſuffocans. et eſt quando vitalis ſpi
ritus qui in nobis lucet fide et ca
let caritate ſolicitudine preſentis
ſeculi ſic ſtringitur vel extinguitur
ꝙ ad deum ſe extendere non po-
teſt nec vehere virtutem ad obſe
quium chriſti nec ſpirare auras
ſpiritus ſancti tunc fit omnino
quod dicitur Math. xiij. ꝙ ver
bum inter ſpinas cadens a ſoli-
citudinibus et curis ſeculi ſuffo-
catur et non fert fructum. et hec ſo
licitudo eſt quando tanta cura munda
norum habetur ꝙ lucra munda
na preponuntur diuinis. et hec
ſolicitudo hic interdicitur. Alia
ſolicitudo ſpiritum vitalem non
ſtringens nec opprimens vt extin
guat. ſed pocius dilatans vt il-
le qui totus aſcendit per deuocio-
nem ad deum dilatatur in pro-
uidencia commiſſorum et hoc mo
do dicitur ad Roma. xij. qui pre
eſt in ſolicitudine ꝛc. et hec non
interdicitur ſed conceditur. et il-
lis quibus incumbit precipitur. i.
thi. v. qui ſuorum et maxime dome
ſticorum curam non habet ꝛc. ¶ Eſt
eciam ſolicitudo circa temporalia
bona non tamquam circa finem vlti-
mum et principalia bona ſed ſi-
cut circa organa et inſtrumenta
perueniendi ad conſequendum
ſpiritualia bona. et talis ſolicitu
do eſt licita. ſicut illa que fuit mar
the. Ex hijs patet reſponſio ad
obiecta

¶ Dominica decimaſexta eſt eu
angelium. Ibat Iheſus in ciui-
tatem que. ꝛc. Luce. vij. Circa
quod mouetur tale dubium

Utrum hoc miraculum quo
reſuſcitauit filium vidue
fuerit ſufficienter oſten
ſiuum diuinitatis chriſti ſiue ꝙ cri
ſtus eſſet verus deus et videtur
ꝙ non. Primo ſic. Eſſe deum et
hominem eſt proprium chriſti.
ſed alijs multis tam veteris quam
noui teſtamenti ſanctis commu
ne fuit reſuſcitare mortuum. er-
go illa reſuſcitacio mortui non fu
it ſufficiens ad oſtendendum di
uinitatem chriſti. ¶ Secundo ſic
Virtute diuinitatis nihil eſt ma
ius. ſed aliqui fecerunt maiora
miracula quam chriſtus. ¶ Dicitur
enim Ioh. iiij. Qui credit in me
opera que ego facio et ipſe faciet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et maioꝛa hoꝛum faciet. ergo vi
detur ꝙ hoc miraculum nec alia
que chꝛiſtus fecerit fuerunt ſuf
ficiencia ad oſtendendum diuini
tatem chꝛiſti. ¶ Tercio ſic ex
particulari non ſufficienter oſtē
ditur vniuerſale. ſed iſtud mira
culum fuit quoddam particula
re opus. ergo ex illo non ſufficiē
ter demōſtrata eſt diuinitas xp̄i
¶ In oppoſitum eſt euangeli
um in quo ex magnitudine mira
culi dicitur ꝙ accepit omnes ti
moꝛ ſcilicet admiracionis ⁊ glo
rificabant deum. Item patet ex
illo Io. quinto. Opera que dedit
michi pater vt faciam ipſa teſti
monium perhibent de me. ¶ Re
ſpondeo dicendum ſub iſta con
cluſione miraculū hoc quod xp̄s
fecit ſufficienter oſtendit diuini
tatem chꝛiſti ſiue chꝛiſtum eſſe.
Iſta concluſio patet. quia ſuſci
tacio moꝛtui ſecūdum ipſam ſpe
ciem operis tranſcendit omnem
poteſtatē create virtutis. et ideo
non poterat fieri niſi virtute diui
na. ¶ Secundo patet propter
modum obſeruatum in faciendo
hoc miraculum. quia non oꝛan
do ſed imperando pꝛopꝛia virtute
fecit. vnde dicitur Luce. ſexto ꝙ
virtus exibat de illo ⁊ ſanabat
omnes. per hoc oſtenditur ſicut
dicit Cirillus ꝙ nō accipiebat ali
enam virtutem ſed cum eſſet na
turaliter deus pꝛopꝛiam virtutē
ſuper infirmos oſtendebat. Alij
autem ſancti qui fecerunt mira
cula faciebant hec imploꝛādo di
uinam potenciam ⁊ clemenciam
non imperando ⁊ ſi aliquando in
talibus imperabāt hoc non erat
pꝛopꝛia virtute. ſed exprimendo
virtutem chꝛiſti tanꝗ miniſtri ⁊
non domini ¶ Ad raciones in
oppoſitum. Ad pꝛimam reſpon
detur negando conſequenciam ⁊
racio eſt quia chꝛiſtus operatus
eſt hoc miraculum ⁊ alia pꝛopꝛia
virtute quod non fecerunt alij ſ;
virtute diuina: vnde quiſq; ali
us homo aliquid hoꝛum fecit ipſo
faciente fecit. hoc autem ipſe nō
alijs facientibus fecit. vt dicit
Auguſtinus. ¶ Ad ſecundam
reſpondetur negando conſequen
ciam. ⁊ racō eſt quia licet chꝛiſtꝰ
dederit apoſtolis poteſtatem mi
racula faciendi ⁊ maioꝛa ꝙ̄ ipſe
fecerat per ſeipſum. maximum
enim inter miracula chꝛiſti fuit
ꝙ ad tactum fimbrie eius ſana
bantur infirmi: vt habetur ma
thei. nono. Sed de petro legitur
Actuum quinto. ꝙ ad eius vm
bram ſanabantur infirmi. ma
ius autem eſt ꝙ ſanet vmbra ꝙ̄
fimbria non tamen apoſtoli fece
runt miracula virtute pꝛopꝛia ſ;
virtute chꝛiſti ⁊ ideo racio non
procedit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad tercium reſpondetur eciã
negando conſequenciam et ad ꝓ
bacionem reſpondetur ꝙ qñ ali-
quod particulare opus propriũ
eſt alicuius agentis tunc per id
pticulare opus probatur tota vir
tus agentis. ſicut cũ racõnari ſit
proprium hominis oſtenditur a
liquis eē homo ex hoc ipſo ꝙ ra-
cionatur circa quodcũqꝫ pticula-
re propoſitum et ſimiliter cũ ꝓpa
virtute miracula facē ſit ſolius
dei ſufficienter oſtenſum eſt cri-
ſtum eē deum ex quocumqꝫ mi-
raculo quod propria virtute fe-
cit.

¶ In dominica decimaſeptima
eſt euangelium. Cum intraſſet
Iheſus domum ⁊c. Luce. xiiij.
Circa quod poſſunt diſputari ſē
quentes queſtiones ¶ Primo
vtrum appetere prelacionem ſit
peccatum. ¶ Secundo vtrum
ambicio ſit peccatũ.

Ad primam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ appetere prelacõnem
vt epiſcopatum ſit licitum ⁊ nõ
ſit peccatum. Primo ſic. Dicitur
.i. thi. iij. qui epiſcopatum deſi-
derat bonum opus deſiderat ſed
licitum et laudabile eſt bonum
opus deſiderare ergo licitum eſt
deſiderare prelacionem ſiue epi-
ſcopatum. ¶ Secũdo ſic. Status
epiſcoporum eſt perfectior ꝙ ſta
tus religioſorum. ſed laudabile
eſt ꝙ aliquis deſiderat ad ſtatũ
religioſorum tranſire. ergo eciã
laudabile eſt ꝙ aliquis appetat
ad epiſcopatum vel prelacionẽ
promoueri ¶ Tercio ſic Facta
ſanctorum que in ſcriptura nar-
rant̄ ꝓponunt̄ nob̄ in exemplũ.
ſed legitur Yſaie. ſextoꝙ Yſai-
as ſe obtulit ad officium predi-
cacionis quod precipue cõuenit
prelatis. ergo videtur ꝙ appete
re prelacionem ſiue epiſcopatũ
ſit laudabile ⁊ ita nõ ſit peccatũ
¶ In oppoſitum eſt euangeli-
um preſens. vbi dominus repre
hendit eos qui primos accubi-
tus eligebant ¶ Secundo eſt il-
lud quod dicit Auguſtinus no-
no de ciuitate dei. Locus ſuperior
ſine quo populus regi non poteſt
et ſi adminiſtretur vt decet. ta-
men indecenter appetitur
¶ Reſpondeo dicendum iux
ta ſanctum Thomam in ſecũda
ſecunde. ꝙ in epiſcopatu tria
poſſunt conſiderari. quorũ vnum
eſt principale et finale ſcilicet e-
piſcopalis operacio qua vtilita-
ti proximorum intendit. ſcd̃m
illud Iohannis vltimo. Paſche
oues meas ¶ Aliud eſt altitudo
gradus. quia epiſcopus ſiue pre
latus ſuper alios conſtituitur.
ſcd̃m illud Mathei. vicesimoq̄n
to ¶ Fidelis ſeruus et prudens

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quem conſtituit dominus ſuper
familiam ſuam. ¶ Ceterum au
tem eſt ꝙ conſequẽter ſe habet
iſta ſcilicet reuerencia ⁊ honor et
ſufficiencia temporalium ſcđm il
lud. primo ad thimote. quinto.
Qui bene preſunt preſbiteri du
plici honore digni habeãtur qua
conſideracione habita responde
tur per concluſiones. ¶ Prima
eſt appetere epiſcopatum racio
ne huiuſmodi circũſtanciarum ho
norum. ſcilicet reuerencie honoris
et ſufficiencie temporalium eſt il
licitum. patet quia hoc ꝑtinet ad
cupiditatem vel ambicionem. vn
de contra phariſeos dominꝰ ait
Mathei vicesimotercio. Amant
primos accubitus in cenis et pri
mas cathedras in ſinagogis. ſa
lutaciones in foro. ⁊ vocari ab ho
minibus rabi. ¶ Secunda con
cluſio quantum ad ſecundum ſci
licet ad celſitudinem gradus ap
petere prelacionem ſiue epiſcopa
tum eſt illicitum ⁊ peccatum. pa
tet quia hoc eſt preſumptuoſum
patet nullꝰ debet appetere ſupra
ſuas vires non ſibi proporciona
tum aliter enim eſſet ſtultꝰ. Ora
cius qui neſcit campeſtribus ab
ſtinet ab armis. ſed ad epiſco
patum nullus eſt ydoneus niſi q̃
ſm gradum ⁊ cõuenienciam om
nes alios excedit in conuerſacio
ne ⁊ contemplacione. ita vt in

conſpectu ſui alij ſint grex. vnde
hanc ydoneitatem de ſe preſume
re maxime ſuperbie eſt. vnde do
minus Mathei ſecundo. argu
it diſcipulos primatum queren
tes dicens. ſcitis quia principes
gencium dominantur eorum ⁊c̃.
vbi Criſoſtimꝰ dicit per hoc oſtẽ
dit ꝙ gentile eſt primatus cape
re ⁊ ſic gencium comparacione eo
rum animam conuertit. ¶ Ter
cia concluſio appetere proximis
ꝓdeſſe eſt ſm ſe laudabile ⁊ vir
tuoſum. verum quia hoc pro ut ẽ
epiſcopalis actus habet annex
am gradus celſitudinem. Eſt cõ
cluſio quarta. ꝙ videtur preſup
tuoſum ꝙ aliquis preeſſe appe
tat ad hoc ꝙ ſubditis proſit niſi
manifeſta neceſſitate imminen
te. ſicut Gregoriꝰ. dicit in paſto
rali ꝙ tunc laudabile erat epiſco
patum querere quando per hoc q̃
ꝙ dubium non erat ad ſupplicia
grauiora perueniret. bene tamen
abſq; preſumpcione poteſt quili
bet appetere talia opera facere ſi
eum contigerit in tali officio eſſe
ita ꝙ opus bonum cadat ſub de
ſiderio. non autẽ principatus di
gnitatis. vnde Criſoſtimꝰ. dicit
ſuper mathẽu. Opus quidem de
ſiderare bonum eſt primatum au
tem honoris concupiſcere vani
tas eſt. primatus enim fugientẽ
ſe deſiderat. deſiderantẽ ſe horret

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Ad racōnes in oppoſitum. Ad primam reſpondetur ꝙ apoſtolus illud dixit vt dicit Gregori⁹ in paſtorali illo tempore quādo ille qui p̄erat prius ad martiriū ducebatur et ſic nihil aderat in epiſcopatu ꝙ appeti poſſ; niſi bonum opus. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequēciam: ⁊ racō eſt. quia nō eſt eadē racō de ſtatu religionis et de ſtatu epiſcopali ꝓpter duo. Primo q̄dem quia ad ſtatum epiſcopalē p̄exigitur vite ꝑfectio. ſed ad ſtatum religionis non p̄exigitur et huiuſmodi differencie racio eſt. ꝙ ſm Dyo. Perfectio pertinet actiue ad epiſcopū ſicut ad perfectorē. Ad monachum autem paſſiue ſicut ad perfectum. Requiritur autem ꝙ ſit perfectus ad hoc ꝙ poſſit alios ad ꝑfectionem adducere qđ non preexigitur in eo qui debet ad perfectionem adduci. Eſt autem preſumptuoſuʒ ꝙ aliquis perfectum ſe reputet. non autem ꝙ aliquis ad perfectionem tendat. Secūdo quia ille qui ſtatum religionis aſſumit ſe alijs ſubicit ad ſpiritualia capienda. ⁊ hoc cuilibet licet. vnde Aug⁹. xix. de ciuita. dei. a ſtudio cognoſcende veritatis nemo prohibetur qđ ad laudabile ꝑtinet ocium ſed ille qui tranſit ad ſtatum epiſcopalem ſublimatur ad hoc ꝙ alijs prouideat et hāc ſublimacionem nullus debet ſibi aſſumere. ſm illud ad Hebre. v. Nemo aſſumit ſibi honorem ſed qui vocatur a deo. et Criſo. dicit ſup Math. Primatum eccleſie concupiſcere non iuſtum eſt nec vtile. quis enim ſapiens vult vltro ſe ſubicere ſeruituti et ꝑiculo tali vt decet pro omni eccl̄ia. niſi forte qui nō timet dei iudiciū abutens primatu eccl̄iaſtico ſeculariter vt ſcʒ cōuertat ipſum in ſecularem ¶ Ad terciam reſpondetur negando conſequenciam. et racō eſt. quia ſicut dicit Grego. in paſtorali Yſaias qui mitti voluit ante ſe per altaris calculum purgatum vidit ne non purgatus adire quiſq; ſacra miniſteria audeat. quia ergo valde difficile eſt purgatum ſe quelibet poſſe cognoſcere p̄dicacōnis officium tucius declinatur

AD ſecundam queſtionē ſic proceditur et videtur ꝙ ambicio non ſit peccatū. Primo ſic. Ambicio importat cupiditatem honoris. ſed honor de ſe quoddam bonum eſt. maxime inter exteriora bona vnde et illi qui de honore non curāt vituperantur. ergo ambicō non eſt peccatum ſed magis aliquid laudabile ſm qđ bonum laudabiliter appetitur. ¶ Secūdo ſic. Quilibet abſq; vicio poteſt appetere quod ſibi debetur ſed honor eſt premium virtutis. i. ethi. et viij. ergo ambicio honoris non ē

peccatū· ¶ Tercio illud ꝑ quod
homo prouocatur ad bonum et
reuocatur a malo non eſt pecca-
tum·ſed per honorem homines ꝓ
uocantur ad bona facienda et ma-
la vitanda ſicut phs dicit tercio
ethi·et tullius in libro de tuſcu-
lanis queſtionib9· ꝙ honor alet
artes.ergo ambicio nō eſt pec-
catū. ¶ In oppoſitum eſt euan-
gelium preſens·in quo manife-
ſte reprobat ambicōnem hono-
ris in hominibus ¶ Reſpondeo
dicendū ꝙ ambicio ſꝑ eſt pecca
tum Iſta concluſio primo patet
ex illo·i·corinth·iij· Caritas nō
eſt ambicioſa nō querit que ſua
ſunt·nihil autem repugnat cari
tati niſi peccatum.ergo ambicio
eſt peccatū. Pro qua cōcluſione
plenius oſtendenda notandum
eſt iuxta ſanctum Thomam in ſe
cunda ſecunde·ꝙ honor impor-
tat quandam reuerendam alicui
exhibitam in teſtimoniū excelle
cie eius Circa āt excellenciam ho
minis duo ſunt attendenda Pri
mo quidem ꝙ ſm illud ꝙ homo
excellit non habet homo a ſeipo
ſed eſt quaſi diuinū in eo·et ido
ex hoc non debetur ꝑncipaliter ſi
bi honor ſed deo· ¶ Secundo cō
ſiderādum eſt ꝙ id ī quo excellit
datur homini a deo vt ex eo ali-
is proſit· Tripliciter ergo appeti
tum honoris contingit eſſe inor-
dinatum· Vno modo per hoc ꝙ a
liquis appetit teſtimonium d' ex
cellencia quam non habet·quod
eſt appetere honorem ſupra ſuaꝫ
proporcionem. Alio modo ꝑ hoc
ꝙ honorem ſibi cupit non refere
do in deum ¶ Tercio modo ꝑ hoc
ꝙ appetitus eius in ipſo hono-
re quieſcit non referens honorē
ad vtilitatem aliorum· Ambicio
autē importat inordinatū appe
titum honoris·vnde manifeſtū ē
ꝙ ambicio ſemper ſit peccatum·
¶ Ad racōnes in oppoſitum. Ad
primā reſpondetur negando cō-
ſequenciam·et racio eſt quia ap
petitus boni debet regulari ſcdm
racōnem cuius regulam ſi trāſce
dat erit vicioſus et hoc modo vi
cioſum eſt ꝙ aliquis appetat ho
norem non ſm ordinem racōniſ
Vituperantur autem qui non cu
rāt de honore ſm qd racō dictat
vt ſcꝫ vitēt ea que ſūt contraria
honori ¶ Ad ſecundam reſpō
detur negando minorem.dicim9
enim ꝙ honor nō eſt premiū vir
tutis quo ad ipſum virtuoſum·
vt ſcꝫ hoc pro p̄mio expetere de-
beat·ſed pro premio expetit bea
titudinem que eſt finis virtutis
dicitur autem eſſe premium vir
tutis ex parte aliorum qui nō ha
bent aliquid maius qd virtuoſo
tribuāt ꝙ honorem qui ex hoc
ipſo magnitudinem habent ꝙ
ꝓhibet teſtimonium virtuti·vn
de patet ꝙ nō eſt ſufficiēs premi
um vt dicitur.iiij.ethi.
¶ Ad terciaꝫ reſpondetur negādo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

conſequēdū aliquē. Et racio eſt quia ſicut per appetitum honoris quā do debito modo appetitur aliqui prouocantur ad bonum ꝛ reuocā tur a malo: ita eciam ſi inordina te appetatur poteſt eſſe homini occaſio multa mala faciēdi dum ſcilicet non curat qualitercūꝗ honorem conſequi poſſit. ſiue do lis ſiue fallacijs. dicitur eciam ꝙ illi qui ſolum propter honorē vel bona faciunt vel mala vitant nō ſunt virtuoſi. vt patet per phi loſophū. iij. ethicorum. vbi di cit ꝙ non ſūt vere fortes qui pro pter honorem forcia faciunt.

¶ In dominica decimaoctaua eſt euangelium. Audientes pha riſei. Mathei. viceſimoprimo.

Circa qd̕ poſſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo vtrum de caritate fue rint danda duo precepta.

¶ Secundo vtrum homo ex ca ritate debeat diligere proximum plus ꝙ̃ ſeipſum. ¶ Tercio vtrum chriſtus ſufficienter pro bauit phariſeis in ſe habere diui nam naturam dicēs quomodo er go dauid in ſpiritu vocat eum do minum.

Ad primam queſtionem ſic proceditur ꝛ videtur ꝙ de caritate non fuerūt danda duo precepta. Primo ſic precepta legis ordinātur ad vir tutem. ſed caritas eſt vna virt9 ergo de caritate non fuit dandū niſi vnum preceptum. ¶ Secū do ſic dicit Auguſt9. in primo de doctrina chriſtiana. caritas in proximo nō diligit niſi deum ſed ad diligēdum deum ſufficeret or dinacio per hoc preceptū diliges dominum deum. ergo non opor tuit dari aliud preceptum de dile ctione proximi. ¶ Tercio ſic. apoſtolus dicit ad romanos. xiij qui diligit proximum legem im pleuit ſed non impletur lex niſi per obſeruanciam omnium pre ceptorum. ergo omnia precepta includūtur in dilectione proximi ſufficit ergo hoc vnum preceptū de dilectionē proximi non ergo debuerunt dari duo precepta ca ritatis. ¶ In oppo ſitum eſt chriſt9 in euangelio p̄ ſenti qui duo precepta ponit cari tatis. ¶ Reſpondeo dicendum ſub aliquibus concluſionibus. Prima eſt ꝙ duo precepta cari tatis poſita a chriſto in euange lio preſenti ſunt ſufficiencia. iſta concluſio probatur ſic. precepta in lege ſe habent ſicut propoſicio nes in ſciencijs ſpeculatiuis in q̄ bus concluſiones virtute contine tur in primis principijs. vn̄ qui perfecte cognoſceret principia ſcḋm ſuam totam virtutem. non op9 haberet vt ei concluſiones ſeor ſū proponerent̄ ſ3 quia nō oēs q̄ cog noſcūt principia ſufficiūt ꝯſiderare quicquid in principijs virtute con tinetur. neceſſe eſt propter eos.

vt in ſcienciis ex principiis ɔclu
ſiones deducuntur. In operabili-
bus autem in quib⁹ precepta le-
gis nos dirigunt finis habet ra-
cionem principii. dilectio autem
dei finis eſt ad quem dilectio px
imi ordinatur. et ideo nō ſolum
oportet dare preceptum de dile-
ctione dei ſed eciam de dilectiōe
proximi propter minus capaces
qui non de facili ɔſiderarent vnū
horum preceptorum ſub alio con
tineri. Secunda concluſio inter
iſta duo precepta. primū digni-
tate et maximum eſt preceptum
de dilectiōe dei. patet iſta cōclu-
ſio ex illo verbo chriſti dicentis.
hoc eſt primum et maximū man
datum in lege maximum capaci-
tate. illud enim eſt in quo om-
nia continentur. quia in iſto di-
lectio proximi concipitur ſcḋm qḋ
in Ioh. dicitur Qui diligit deum
diligit ⁊ proximum. et ideo max
imum. Item ē primū origine
¶ Tercia cōcluſio ꝙ in hiis du-
obus mandatis vniuerſa lex pen
det et prophete. ideſt tota docti
na legis et prophetarum depēdet
ab hiis. Iſta concluſio probatur
ex verbo chriſti. Secundo racōne
oſtenditur ſic. Finis enim in ap
perabilibus ſe habet ſicut princi-
pium in ſpeculatiuis. procedit
enim ſciencia ex principiis ad cō
cluſiōes. et ſicut tota ſciencia ex
principiis iudicatur ſic in omni-
bus operacionibus totum depen
det a fine. quia ergo dilectio eſt
finis. Finis p̄cepti eſt caritas vt
dicit apłus. ideo ab iſtis depen-
dent omnia alia et hec eſt expoſi
cio. Auguſtini. Origenes ſic ex-
ponit i hiis. i. in obſeruācia iſto
rum pendet intellectus legis ⁊ p
phetarum quia qui hec obſeruat
meretur intelligenciam legis et
prophetarum eccle. ii. qui time-
tis dominum diligite illum et il-
luminabuntur corda veſtra Pš.
A mandatis tuis intellexi.
¶ Nūc ad racōnes in oppoſitū
ad primam reſpondetur negādo
conſequenciam et racō eſt. quia
licet caritas ſit vna virtus q̄ ha-
bet tamen duos actus quorum
vnus ordinatur ad alium ſicut
ad finem precepta autem dātur
de actibus virtutum ⁊ ideo opor
tuit plura eſſe precepta caritatis
¶ Ad ſecundam reſpondetur
negando conſequenciam et racō
eſt. quia licet deus diligatur in
proximo ſicut finis in eo quod
eſt ad finem tamen oportuit de
vtroꝗ explicite dari precepta ra
cione iam dicta. ¶ Ad terciā
reſpondetur eodē modo

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
ꝙ homo ex caritate debe
at plus diligere proximum q̄m
ſeipſum. Primo ſic ¶ Principale

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

obiectum caritatis eſt deus. ſed
quandoqȝ homo habet proximū
magis deo coniunctum q̄ ſit ipſe
ergo magis debet aliquis talem
diligere q̄ ſeipſum. ¶ Secun
do ſic. Detrimentū illius magis
vitamus quem magis diligim9
ſed homo ex caritate ſuſtinet de-
trimentum pro proximo. ſm̄ illud
Prouerbiorum. xij. Qui negli
git damnum propter amicum iuſ
tus eſt. ergo homo debet ex cari-
tate magis alium diligere q̄ ſe
ipſum ¶ Tercio ſic. Conformā
do id quod magis quis diligit ī
ſeipſo eſt viuere ſed caritas facit
ponere vitam corporalem pro fra
tribus ergo caritas facit magis
diligere proximum q̄ ſeipſum.
¶ In oppoſitum eſt euan
gelium preſens. vbi dicitur Dili
ges proximum ſicut teipſum. ex
quo videtur ꝙ dilectio hominis
ad ſeipſum eſt ſicut exemplar di
lectionis que habetur ad alterū
ſed exemplar potius eſt q̄ exem
platum. ergo ex caritate magis
debet homo diligere ſe q̄ proximū
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ
in homine duo ſunt ſcilicet natu
ra ſpiritualis ⁊ natura corporalis
plus homo debet ſe diligere quā
tum ad naturam ſpiritualem ſiue
interiorem q̄ quantum ad natu
ram corporalem ſiue exteriorem.
et ideo ea que ſunt bona nature
ſpirituali ſiue interiori plus de-
bet optare q̄ ea que ſunt bona ſi
bi ſm̄ naturam exteriorem. Iſto
premiſſo ſit iſta concluſio. homo
ſm̄ naturam ſpiritualem magis
debet poſt deum diligere ſeipſū
q̄ quemcumqȝ alium iſta conclu
ſio patet ex ipſa racione diligen-
di; nam deus diligitur vt princi-
pium boni. ſuper quo fundatur
dilectio caritatis. homo autem ſe
diligit ex caritate ſm̄ racionem q̄
eſt particeps predicti boni. Pro
ximus autem diligitur ſcd̄m ra-
cionem ſocietatis in iſto bono cō
ſociacio autem eſt racio dilectio-
nis ſm̄ quandam vnionē in or
dine ad deum. vnde ſicut vnitas
potior eſt q̄ vnio. ita ꝙ homo p-
ticipet bonum diuinum eſt potior
racio diligendi q̄ ꝙ alius aſſoci
et ſibi in hac participacōe ⁊ ideo
ex caritate debet magis ſeipſum
diligere q̄ proximum ⁊ huiuſmo
di ſignum eſt ꝙ homo non debet
ſubire aliquod malum peccati qd̄
contrariatur participacioni bea-
titudinis vt proximum liberet a
peccato. ¶ Secunda concluſio
eſt ꝙ homo ex caritate magis de
bet diligere proximum q̄ ſeipſū
ſcd̄m naturam corporalem patet
cōcluſio quia illud eſt magis di
ligendum qd̄ habet pleniorem
racionem diligibilis ex caritate
vt dictum eſt. Conſociacio au-
tem in plena participacione bea
titudinis que eſt racio diligendi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pꝛoximum eſt maioꝛ racō diligē
di q̄ꝫ participacō beatitudinis ꝑ
redundanciam que eſt racō dili-
gendi propꝛium coꝛpus ſiue na-
turam coꝛporalem. et ideo proxi-
mum quantū ad ſalutem anime
plus debemus diligere q̄ꝫ propꝛi
um coꝛpus. ¶ Ad racōnes in op-
poſitum. Ad primam reſpondet
negando conſequenciam. ⁊ racō
eſt quia dilectio caritatis non ſo
lum habet quantitatem ex par-
te obiecti qđ eſt deus ſed eciam
ex parte diligentis qui eſt ipſe ho
mo caritatem habens. ſicut ⁊ q̄n
titas cuiuſlibet actionis depēdet
quodammodo ex ipſo ſubiecto
et ideo licet proximus melioꝛ ſit
deo propinquioꝛ quia tamen nō
eſt ita propinquus caritatem ha
benti ſicut ipſe ſibi nō ſequitur.
ꝙ magis debeat aliquis proxi-
mum q̄ꝫ ſeipſum diligere.
¶ Ad ſecundam reſpondetur ne
gando cōſequenciam et racō eſt.
quia homo debet detrimenta coꝛ
poꝛalia pati et ſuſtinere propter
amicum. et hoc ipſo magis ſeip
ſum diligit ſm ſpiritualem men
tem quia hoc pertinet ad perfectī
ōnem virtutis que eſt bonū men
tis. ſed in ſpiritualibus nō debꝫ
homo pati detrimentum peccādo
vt proximum liberet a peccato ſi
cut dictum eſt. ¶ Ad terciam re
ſpondetur negando conſequen-
ciam et racio eſt. quia tradere ſe
morti ꝑpter amicum eſt perfe-
ctiſſimus actus virtutis. vnde
hunc actum magis appetit vir-
tuoſus q̄ꝫ vitam ꝑpꝛiam coꝛpoꝛa-
lem. vnde ꝙ aliquis vitam pro-
pꝛiam coꝛpoꝛalem ꝑpter amicū
ponat non contigit ex hoc ꝙ ali-
quis plus amicum q̄ꝫ ſeipſum di
ligat. ſed quia in ſe plus diligit
bonum virtutis q̄ꝫ bonum coꝛpo
rale.

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
ꝙ chriſtus non ſufficiē-
ter pꝛobauit phariſeis in ſe ha-
bere diuinam naturam ex illo q̄
modo ergo dauid in ſpiritu vo-
cat eum dominum. ¶ Pꝛimo ſic.
quia vt dicitur Pſa. lv. Genera
cionem eius quis enarrabit. ſi
ergo generacio eterna eſt in ef-
fabilis de illa non poteſt intelli-
gi textus ille. ergo ex illo non po
tuit capi ſufficiens argumentū
¶ Secundo ſic. Textus ille non
videtur poſſe intelligi de chꝛiſto
quia dicitur. Sede a dextris me-
is quia dextera et ſiniſtra ſūt dif
ferencie poſicionum coꝛpoꝛalium
ſed nihil coꝛpoꝛale conuenit deo
quia deus ſpiritus eſt. Joh. iiij.
ergo ſedere a dextris nō conue-
nit filio dei. ¶ Tercio idem ar-
guitur ex illo quod ſequitur Do
nec ponam inimicos. ⁊c. ex quo
videtur ꝙ poſt q̄ꝫ poſuerit inimi
cos ꝙ vlt nō ſedebit a dextꝭ dei

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ In oppoſitum eſt euangeli
um. vbi dicitur ꝙ nemo poterat
ei reſpondere verbum. ¶ Re
ſpondeo dicendum ꝙ chriſtꝰ ſuf
ficienter probauit in ſe naturam
diuinã meſſe ex illo loco. Pro cu
ius euidencia conſiderandum ꝙ
licet phariſei legiſperiti cognoue
runt iheſũ eſſe verum chriſtum ⁊
per conſequens deum ⁊ hominez
quia tamen conceperunt cõtra eũ
odium ⁊ rancorem. hec vera eſti
macio corrupta eſt in eis aliquo
modo ⁊ ideo inceperũt eum ne-
gare ⁊ perſequi tamꝗ̃ blaſphe-
mum. quia dicebat ſe eſſe dei fili
um ⁊ per conſequens incipiebãt
corrumpere ſcripturas. ⁊ damna
re que loquebantur de eius diui
nitate propter quod dominus fe
cit eis illam queſtionem de xp̃o
cuius filius eſt dicunt ei dauid
ſolum ſcilicet diuinitatem negã-
do. ſed chriſtus ait illis arguen-
do in cõtrarium quomodo dauid
in ſpiritu ſpũſancto inſpiratus
vocat eum dominum dicens. Di
xit dominus domino meo ſede a
dextris meis. ⁊c̃. qđ enim iſta
ſcriptura intelligatur de chriſto
patet quia ipſi phariſei non ne
gauerunt hec ſed conceſſerunt ſe
dere a dextris meis. ſedere a dex
tris vno modo accipitur pro eq-
litate ſicut ſupra circa aſcenſionẽ
dictum eſt. ⁊ ſic chriſtus ſcđm ꝙ
deus ſedet ad dexteram. Alio mo
do eſt eſſe in potioribus bonis et
hoc modo cõuenit chriſto ſm hu
manitatem quia vt ſic in gloria
preeſt angelis. donec ponam ini
micos tuos ⁊c̃. Iſtud complebi
tur in iudicio quando omnia per
fecte ſubicientur homini chriſto
ſi ergo dauid vocat eum dominũ
quomodo eſt filius eius quaſi di
ceret. cum ſm naturam humanã
ſit filius dauid per conſequẽs eo
inferior oportet ponere in eo aliã
naturam per quam ſit dominus
eius ⁊ eo ſuperior. hoc autem eſſe
non poteſt niſi ſit diuina ⁊ ſic in
chriſto ſunt due nature ſcilicet di
uina ⁊ humana ⁊ quia ſufficien
ter probauit hoc ſequitur nemo
poterat reſpondere quia non pote
rãt ſcripturam negare nec auſus
fuit quiſꝗ ex illa die amplius in
terrogare. Conſiderandum tamẽ
ꝙ vt dicit magiſter nicolaus de
lira ꝙ iudei moderni diuinitatez
chriſti negantes dicunt predictã
auctoritatem eſſe ad litteram de
Abraham ⁊ ꝙ eliazar diſpenſa-
tor domus abrahe fecit hunc pſal
mum agens deo gracias de victo
ria quã habuit abrahaz de quin
ꝗ regibꝰ vt patet Ge. xiiij. poſt
quã victoriã apparuit dñs abra
he dicens noli timere abraham
ego protector tuus ſum ⁊ merces
tua magna nimis. dicit ergo ꝙ

eliazar loquitur ſic·dixit dn̄s·i·
deus celi qui eſt dominus omni
um dixit dn̄o meo abraham ſe-
de a dextris ⁊c̄. quia cōfortauit
eum vt viſum eſt promittendo
ei auxilium et premium ſed iſta
expoſicio patet eē falſa ex multis
Primo per titulum p̄s. vbi poni-
tur p̄s· Dauid. eciam in hebreo·
quia non ponitur in pſalmis fa-
ctis ab alijs· ¶ Secundo per il-
lud quod ſcribitur in p̄s·ex vte-
ro ante luciferum genui te·qđ nō
poteſt dici de abraham q̄ ſit ge-
nitus ex vtero dei vel ſubſtanciā
et ante luciferum·i·ante mundi
creacionem. ſed ſolum poteſt ve-
rificari de filio dei et iterū in fine
pſalmi đr·tu es ſacerdos ⁊c̄. qđ
non poteſt verificari de abraham
qui non fuit ſacerdos et dato q̄
fuiſſet tamen ſacerdocium eius
non potuiſſet fuiſſe eternum ſed
ſolum ſacerdocium chriſti eſt et-
num. ¶ Ad racōnes in oppoſitū
Ad primā reſpondetur negando
conſequenciam· quia licet gene
racio eterna ſit ineffabilis homi
nibus non tamen deo· qui de ea
loquitur in ſacra ſcriptura.
¶ Ad ſecundam reſpōdetur ne-
gando conſequenciam · et racio
eſt quia per dexterā nō intelligit̄
aliq̄ ſedes localis ſed equalitaſ
glorie et honoris. ſicut dictū eſt
in qua eſt equalis chriſtus patri
ſm qđ deus. ¶ Ad terciaʒ re-
ſpondetur negando cōnſequen-
ciam· ⁊ racō eſt q̄ li donec aliqū
importat tempus determinatū·
aliquādo infinitum· hic vere im-
portat infinitum
¶ In dominica decimanona eſt
euangelium· Aſcendens Iheſus
in nauiculam· Math· ix· Circa
quod poſſunt diſputari ſequen-
tes queſtiones· ¶ Primo vtrum
chriſtus ſm quod homo habuit
poteſtatem dimittendi peccata.
¶ Secundo vtrum a chriſto fue-
rit aliqua ptās collata miſtris
ecclē ad expulſionem vel remiſſio
nem peccati ¶ Tercio vtrū eque
facile ſit paraliticū curare ⁊ pecca
ta dimittere

Ad primam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
q̄ chriſtus ſm qđ homo
habuit ptātem dimittendi pec-
cata. Primo ſic ex preſenti euan
gelio vbi đr·vt āt ſciatis q̄ fili⁹
hominis habet ptātem dimittē
di peccata dixit paralitico. Sur-
ge et ambula. ſed non oporte-
bat oſtendere ſignum ad probā
dum q̄ deus haberet ptātem di-
mittendi peccata quia hoc iudei
confitebantur· ergo eciam ſcđm
q̄ homo habuit poteſtatem di-
mittendi peccata· ¶ Secundo
ſic· Chriſtus ſm qđ homo eſt re-
demptor nr̄· ſed nō poteſt aliq̄s
liberari a ſeruitute peccati· niſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſibi peccatum dimiſſum eſt. ergo
chriſtus ſm ꝙ homo habuít po-
teſtatem dimittendi peccata.
¶ Tercio ſic. ſuper illud Jo.
quinto. ſicut pater ſuſcitat mor
tuos ⁊c. dicit Auguſtinus. Judi
cat ⁊ ſuſcitat corpora non pater
ſed filius ſm humanitatis diſpē
ſacionem ꝗ minor eſt patre ſed
ſuſcitacio corporū atteſtatur ſuſ
citacioni animarum que fit ꝑ re-
miſſionem peccati ergo chriſtus
ſm ꝙ homo potuit dimittere pec
cata. ¶ In oppoſitum ſic. Il-
lud ꝙ eſt ſolius dei non ꝯuenit
chriſto ſm ꝙ homo. ſed dimitte
re peccata eſt huiuſmodi ſm il-
lud pſa. xliij. Ego ſum qui deleo
iniquitates tuas propter me. er
go non conuenit chriſto ſcđm ꝙ
homo. ¶ Secundo ſic. Nulli
remittitur peccatum niſi per ſpi-
ritum ſanctum. ſed chriſtꝰ ſcđm
ꝙ homo non poterat dare ſpiritū
ſanctum. ergo non poterat remit
tere peccata ſm ꝙ homo. ¶ Re
ſpondeo dicendum iuxta ſanctū
thomam. ꝙ triplex eſt poteſtas
abſoluēdi a peccato. Vna eſt po-
teſtas auctoritatis ⁊ hec ſolius ē
dei qui propria virtute peccata
dimittit quaſi principalis cauſa
remiſſionis peccati. vnde de tali
poteſtate fit iſta concluſio. Chri
ſtus remittere peccata non potu
it ſm ꝙ homo. patet ꝯcluſio ſic
ille ſolus poteſt peccata dimit-
tere propria poteſtate qui poteſt

animas viuificare. ſed ſolius dei
eſt animas viuificare. vt dicit
Auguſtinꝰ. ſup Johā. ergo ⁊c.
Alia poteſtas eſt miniſterij ⁊ de
tali eſt ſcđa concluſio ꝙ talis po
teſtas conuenit hijs qui ſacramē
ta miniſtrant vel diſpenſant in
quibus diuina virtus ſecrecius
operatur ſalutē. Tercia poteſtas
eſt media que dicitur poteſtas ex
cellencie. ⁊ de iſta eſt tercia con-
cluſio. ꝙ hanc chriſtus pre alijs
habuit. attenditur autem hec po
teſtas quantum ad tria.
Primo. Quantum ad hoc quod
ex merito paſſionis eius baptiſ-
mus efficaciam habet. non autē
ex merito alicuius alterius bapti
ſantis. Secundo. Quantum ad
hoc ꝙ chriſtus ſine ſacramēto ſa
cramentorum effectum conferre
potuerat quaſi dominus ⁊ inſti-
tutor ſacramentorum qđ de alijs
non dicitur ⁊c. Tercio. Quātū
ad hoc ꝙ ad inuocacionem nomi
nis eius dabatur remiſſio pecca-
torum in baptiſmo in prima ec-
cleſia. ¶ Ad raciones in op-
poſitum Ad primam reſpondetur
negando conſequenciam ⁊ racio
eſt quia filius habebat poteſtatē
auctoritatis dimittendi peccata
non ſm ꝙ homo ſed ſcđm ꝙ deꝰ
⁊ ideo per miraculum oſtenſū hoc
probabatur ꝙ ille homo eſt deꝰ
cui natura obediebat quaſi ꝓprio
creatori. ¶ Ad ſecundam reſpō
detur negando conſequenciam ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tacio eſt · quia redemptor vno mo
do dicitur propter vſum poteſta
tis auctoritatiue in abſoluendo a
peccato ⁊ ſic chriſtus ſcḋm q̄ deus
redemptor eſt · Alio modo dicitur
propter officium humilitatis · et
ſic competit chriſto eſſe redemptorē
ſcḋm q̄ homo inquantum per hu
militatē paſſionis nobis remiſ
ſionem meruit peccatorum ⁊ hoc
pertinet ad poteſtatē excellencie
vt dictum eſt · ¶ Ad terciam re
ſpondetur negando conſequenciā
de poteſtate auctoritatiua dicim⁹
enim q̄ ptās quam chriſtus ha
buit ſuſcitandi corpora non fuit
poteſtas tm̄ miniſterij · ſicut etiā
petrus mortuos ſuſcitauit · nec ē
iterum poteſtas auctoritatis q̄r
hoc ſolius dei eſt · ſꝫ ē poteſtas cu
iuſdam excellēcie q̄ ei competit ex
vnione ad deū vt ſcꝫ imperio nō
prece mortuos ſuſcitaret · ⁊ ſimul
habuit poteſtatē excellēcie in re
mittendo peccata ·

Ad ſecūdam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur q̄
a xp̄o fuerit aliqua pote
ſtas collata miniſtris ad expulſi
onem ſiue remiſſionem peccati ·
¶ Primo data eſt miniſtris ali
qua poteſtas ſpiritualis · ſed ad
emundacionem corporalē non re
quiritur aliqua poteſtas ſpūalis
ſed ſufficit corporalis · ergo mini
ſtris collata eſt aliqua poteſtas
ſpūalis ad emundacionem inte
riorem · ¶ Secundo ſic · ſcḋm dyo
vi · ecclesiaſt · Ierarchie ad mini
ſtros eccleſie pertinet purgare il
luminare ⁊ perficere · ſed purga
cio in eccleſia fit a ſordibus men
tis · ergo miniſtris eſt data pote
ſtas cooperādi ad interiorem emū
dacionem · ¶ Tercio ſic · Plus
eſt expellere demonē q̄ ſemina
tum per ipſum ſcꝫ peccatū · ſed de⁹
dedit hominibus poteſtatē demo
nes expellendi vt patet Luce · x ·
Ergo multo forci⁹ potuit dare po
teſtatem expellendi peccatum ·
¶ In oppoſitum arguitur ſic
Maius eſt iuſtificare impiū q̄
creare celum ⁊ terrā · ſed in crea
cione celi ⁊ terre nichil deo coopa
tur · ergo nec in iuſtificacione im
pij · ¶ Reſpondeo dicendū ſub
certis concluſionib⁹ iuxta tripli
cem poteſtatē determinatam in
ſuperiori q̄ſtione · Prima poteſtas
auctoritatis expellendi peccati ſi
ue emūdandi animas a peccatis
non poteſt creature alicui cōicari
Iſta concluſio patet ſic · quicq̄d
enim cōicatum alicui traheret ip
ſum extra terminos ſpeciei nō po
teſt communicari ei · ſicut equo
non poteſt communicari q̄ habe
at racionem q̄uis hoc communi
catum ſit homini · q̄ autem com
municatum alicui traheret ipſū
extra terminos creature non po
teſt alicui creature communica
ri · poteſtas autem auctoritatis
eſt huiuſmodi · quia non poteſt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſſe ꝙ creatura ſit principale a-
gens reſpectu nobiliſſimi effectus
quo vltimi fini coniungitur ani-
ma racionalis cuius eſt gracia per
quam fit remiſſio peccatorum
Secunda concluſio. poteſtas mi
niſterii cooperacionis ad emundaci-
onem interiorem collata eſt mi-
niſtris non ſicut cauſas ſed ſicut
diſponens ad eam. ipſi enim ſa
cramenta conferunt que ad gra
ciam diſponunt per quam fit re-
miſſio peccatorum. Joh. xx. dicit
diſcipulis. quorum remiſeritis pec
cata remittuntur eis. nec hoc di-
citur quantum ad manifeſtacionem
tantum ſicut aliqui volunt dicere.
quia ſic ſacerdos noui teſtamenti
non haberet maiorem poteſtatem
quam ſacerdos veteris teſtamenti.
ergo oportet intelligere ꝙ aliquo
modo cooperentur ad emundacio-
nem culpe inſtrumentaliter et di
ſpoſitiue ſicut dictum eſt. Ter-
cia concluſio poteſtatem excellen
cie deus homini puro conferre po
tuit et ita miniſtris eccleſie potuit
enim tante gracie plenitudinem
conferre vt eorum meritum coo-
peretur ad ſacramentorum effe-
ctus vt ad inuocacionem nomi
num ipſorum ſanctificarentur ſa
cramenta. ſed tamen non fuit de
cens vt conferret ne ſpes in ho
mine poneretur et vt eccleſie verum
caput eſſe oſtenderetur a quo om
nia membra ſpiritualem ſenſum

et motum reciperent. quod eſt chri
ſtus. ¶ Ad raciones in oppoſi
tum. Ad primam reſpondetur.
ꝙ poteſtas ſpiritualis que mini
ſtris eccleſie conceditur ad aliquid in
terius ſe extendit. ſicut virtus ſa
cramentalis. ſed non ad collacio
nem gracie per quam eſt remiſſio
peccatorum. directe et principali
ter perangendo ſeu diſponendo
ſicut dictum eſt. ¶ Ad ſecundam
reſpondetur ꝙ purgacio de qua
dyoniſius loquitur eſt a tenebris
ignorancie ſicut ipſemet dicit.
vnde magis pertinet ad intelle
ctum quam ad affectum. ¶ Ad ter-
ciam reſpondetur negando aſſum
ptum. et racio eſt. quia poteſtas
data hominibus expellendi demo
nes eſt quantum ad effectum no
cumenti corporalis quem inuex
atis faciunt. non quantum ad effe
ctum nocumenti ſpiritualis quod eſt
peccatum. quia hoc ſolius dei eſt
peccatum expellere a ſeruitute
demonis liberare Johannis octa
uo. Si filius vos liberauerit vere
liberi eritis

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur et videtur
ꝙ non eque facile ſit cu
rare paraliticum et peccata dimit
tere. Primo ſic. Virtute nature
per artem medicine poteſt para
liticus quandoque curari. ſed dimittere
peccata ſuper excedit in tantum

quãdoq̃ curari. ſed dimittere
peccata ſup excedit intantum om̄
nem virtutem creatam ⁊ huma-
nam ⁊ angelicam vt ſit ſoli⁹ dei
hoc facere. ſicut patet Iſa. lxvi.
Ego ſum qui deleo iniquitates ⁊
peccata. ergo ⁊c. ¶ Secundo
ſic. Quanto anima eſt nobilior
corpore tanto peccatum dimitte-
re maius eſt ꝙ̄ corpus ſanare
¶ Tercio ſic. Maius eſt iuſ
tificare impium ꝙ̄ creare celum
et terram. ergo mag's eſt dimit
tere peccata ꝙ̄ ſanare paraliticũ
cum iuſtificacio ſit impij peccato
rum remiſſio. ¶ In oppoſi
tum videtur eſſe preſens euangē
lium. ¶ Reſpondeo dicendum
ꝙ iſta comparacio poteſt fieri reſ-
pectu operantis. ⁊ ſic ambo ſũt
eque facilia. vel reſpectu operis.
et ſic dimittere peccata eſt diffici
lius. quia vt dicit Auguſtinus.
Magis eſt de impio facere piũ
ꝙ̄ celum ⁊ terram creare quia de
us habet ibi reſiſtenciam. ſcilicet
voluntatem prauam. In creacōe
autem nichil reſiſtens habuit vel
poteſt fieri comparacio reſpectu
noſtre cognicionis. ⁊ ſic facilius
eſt dicere remittuntur peccata ꝗ̃
dicere paralitico ſurge ⁊c. quia il
lud nō videmus. iſtud autem vi
dentes admiramur. Criſoſtim⁹.
Quanto anima pcior eſt corpo-
re tanto curacō anime plus eſt ꝗ̃
corporis. quia illud occultum eſt
addit quod manifeſtum eſt. vel
poteſt intelligi reſpectu locucio-
nis ac ſi dicat eque facile eſt dice
re dimittuntur tibi peccata tua
et dicere ſurge ⁊ ambula. ſi ergo
videretis ꝙ ad meum dicere ſur-
ge ⁊ ambula ſequitur curacio cor
poris. credatis ꝙ ad meum dice
re remittũtur tibi peccata tua ſe
quitur curacio mentis. ¶ Ad
raciones in oppoſitum. Ad pri-
mam reſpondetur ꝙ licet parali
ſis virtute nature aliquando poſ
ſit curari non tamen ſubito nec
ita perfecte ꝙ ſtatim homo poſſit
lectum in quo iacet portare ſic di
citur hic. vnde per imperium tam
ꝗ̃ propria virtute ſanare parali-
ticum eiuſdem poteſtatis eſt ſi-
cut dimittere peccata. ꝓpter qđ
dicit. quid eſt facilius dicere ⁊c.
quaſi diceret equalis ſunt poteſ-
tatis vtraq̃ ex quo concludit
virtutem ſue diuinitatis perfec-
tam. dicēs vt autem ſciatis quia
filius hominis habet poteſtatem
in terra dimittendi peccata vt de
us non vt homo purus; tunc ait
paralitico ſurge ⁊c. vnde verbo
impatiuo curauit quod eſt pro-
prium dei. pſalt. Dixit ⁊ facta
ſunt. Tria habebat infirmus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iacebat in lecto portabatur ab a
lijs et ire non poterat quia ergo
iacebat dixit ſurge · q̃a in lecto
portabatur dixit · Tolle lectū tu-
um . quia ire non poterat dixit et
ambula · dei enim perfecta ſunt
opera Deutro · xxxij · ſicut autem
per litteram habentem ſigillū de
claratur voluntas ipſius ſcriben
tis . ſic per ſignum quod eſt vir-
tutis diuine manifeſtiſſimū oſtē-
ditur veritas diuine virtutis .
Alij autem ſancti qui fecerūt mi
racula fecerūt hoc implorādo po
tenciam et clemenciam et nō im
perando · et ſi aliquando in talib⁹
imperabat hoc non erat virtutē
propria ſed exprimendo virtutez
chriſti tamq̄ miniſtri non domi
ni ; ſicut aliquando imperabant
demonibus vt recederent ab ob
ſeſſis corporibus in nomine chri
ſti et auctoritates eius . ¶ Ad
ſecundam dicitur q̄ licet ſanare
animam ſit maius q̄ ſanare cor
pus · tamen vnius et ei⁹dem po-
teſtatis ſunt · ¶ Ad terciam pa-
tet reſponſio ex dictis

¶ In dominica xx · eſt euangeli-
um Dicebat Jheſus turbis iude
orum ꝛc Math · xx · Circa quod
poſſunt diſputari ſequentes que
ſtiones ¶ Primo vtrum pater
celeſtis fecit nupcias filio quan
do nature humane coniunxit .
¶ Secundo vtrum caritas ſit ve
ſtis nupcialis · ¶ Tercio vtrum
non habens veſtem nupcialem .
ſcilicet caritatem finaliter proici
atur in tenebras exteriores vbi
erit fletus et ſtridor dencū

Ad primam ſic procedit
et videtur q̄ pater nō fe
cit nupcias filio ſuo quā
do humane nature coniunxit ·
Primo ſic . Matrimoniū eſt viri
et mulieris coniunctio indiuidu
am vite conſuetudinem retinēs
xxvij · q · ſ · i · ex de preſump . illd ·
et inſtitu · de nupcijs · ſ · ij · ſed cō
iunctio filij cum humana natu-
ra non eſt coniunctio viri ꝛ muli
eris . ergo ꝛc · ¶ Secundo ſic .
Conſenſus facit matrimonium
vt · xxvij · q · ij · c · Matrimonium
ſed in coniunctione iſta filij dei
cum natura nullus videtur pre
ceſſiſſe conſenſus . ergo ꝛc .
¶ Tercio ſic . In matrimonio
ſunt due perſone diſtincte . ſcili
cet maritus et vxor · ſed in iſta
coniunctione non ſunt diſtincte
perſone · ſed vnio humane natu
re facta eſt in perſona filij dei · er
go non poteſt dici matrimoniuz
ſiue nupcie . ¶ In oppoſitum eſt
euangelium preſens · ¶ Reſpon
deo dicendum q̄ tres nupcie di
cuntur ſpirituales filij dei · ſcili-
cet in natura . in ſpiritu · in glo-
ria In natura · quando ſibi no-
ſtram vniuit . In ſpiritu · quādo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſpiritum hominis ſibi coniungit
In gloria quando hominem totū
luce ſue diuinitatis impleuit ·
Prime facte ſunt in vtero virgi-
nis · Secunde in conſciencie tha-
lamo . Tercie in facie dei ſecreto
De primis dicitur in pſalmo . In
ſole poſuit tabernaculum ſuum ·
De ſecundis oſee quinto · Spon
ſabo te michi in fide in ſempiter
num · De tercijs · Apocalip · vice
ſimoprimo . Venerunt nupcie ag
ni ꝛ cetera . De primis hic dicit ·
Sile ē regnū celoꝝ homini regi
q̄ fecit nupcias filio ſuo · per iſtas
nupcias intelligitur verbi incar
nacio · tūc enim deus vt ait Gre
gorius · Pater fecit nupcias filio
ſuo quando naturam humanam
copulauit diuine in vno ſuppoſi
to . que quidem nupcie celebrate
ſūt in vtero virginali de quo xp̄s
exiuit tanquam ſponſus proce-
dens de thalamo ſuo · ad quas
nupcias inuitauit omnes fideles
ad quos inuitādos miſit ſeruos
ſuos · Primo ſcilicet prophetas q̄
populum exhortarentur expectare
chriſti aduentum ꝛ tendere in ip
ſum per fidem ꝛ opera bona ꝛ no
lebant venire · quia nolebant ver
bis prophetarum obedire . vnde
Ieremi . viceſimoquinto · Miſi
ad vos ſeruos meos prophetas .
et ſequitur infra · ꝛ non audiſtis
me · Inclinaſtis aures veſtras vt
audiretis cum dicerent reuertimi
ni reuertimini vnuſquiſq̄ a via
ſua mala · Item miſit alios ſer-
uos qui de propinquo annuncia
uerunt aduentum chriſti · vt Io
hannes baptiſta ꝛ diſcipuli chri
ſti miſſi ab eo in omnem ciuitatē
et locum quo ipſe erat venturus ·
vt habetur Luce decimo · In qui-
bus nupcijs prandium paratum
erat · Iſtud prandium erat ſpiri-
tualis refectio anime vnde ait ·
Prandium meum paraui videli
cet ſacramenta eccleſie ꝛ doctrinā
quibus reficitur anima ꝛ potiſſi-
me ſacramentum euchariſtie · in
quo datur nobis caro chriſti in ci
bum ꝛ ſanguis ei9 in potum · Ad
mirabile certe conuiuium in quo
chriſt9 ſumitur · mens impletur
gracia ꝛ future glorie nobis pig
nus datur · Thauri ꝛ altilia occi
ſa ſunt : thauri ſunt precepta mo
ralia · ꝛ altilia ſunt conſilia ſuper
addita · merito ergo dicitur feciſ
ſe pater nupcias filio ſuo ·
¶ Ad raciones in oppoſitum
Ad primam reſpondetur q̄ illa ē
diffinicio matrimonij carnalis ·
hoc autem matrimonium eſt ſpi
rituale . ꝛ ſufficit q̄ hic ſit vnio i
ſepabilis inter filium dei ꝛ natu
ram aſſumptam in vnitate perſo
ne · ꝛ ita ē quedā idemptitas vite
i pſona · ¶ Ad ſecūdā r̄ndet̄ ne
gādo q̄ nō īteruenit ꝯſenſus ꝑmo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

interuenit quoniam annunciaſti
te angelo beate virgini p̄re poſi=
tū patris celeſtis de nupcijs hu=
iuſmodi faciendis filio ſuo bea=
tiſſima conſenſit loco tocius hu=
mane nature. ¶ Ad terciam re
ſpondetur negando conſequen=
ciam. racio enim haberet locū
in matrimonio carnali. In ſpiri
tuali autem nō ſequitur quia in
hoc matrimonio et ſi due nature
diſtincte. coniungantur tamen
in vna perſona viuntur. et ita
non pōt eē dualitas perſonarum
quia natura humana aſſumpta
eſt ad pſonalitatē diuinā.

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
q̄ non. Primo ſic. Cari
tas non eſt excellentiſſima virtu
tum. ergo non eſt nominanda
tamq̄ omnium digniſſima ve=
ſtis nupcialis. conſequencia pa
tet aſſumptum probatur ſic. al=
cioris potencie alcior eſt virtus
ſicut et alcior operacio. ſed intel=
lectus eſt alcior voluntate et diri
git ipſam. ergo fides que eſt in
intellectu excellencior eſt carita=
te que eſt in voluntate. ¶ Secū
do ſic. Id per quod aliquid operā
tur videtur eo eſſe inferius ſicut
miniſter per quem dominus ope
ratur eſt inferior domino. ſed fi=
des per dilectionem operatur vt
dicitur Gal. quinto. ergo fides
excellencior eſt caritate. ¶ Ter=
cio ſic. Id qd̄ ſe habet ex addiciō
ne ad aliud videtur eſſe perfecti
us ſed ſpes videtur ſe habere ex
addicōne ad caritatem. nam ca
ritas obiectum eſt bonum. ſꝫ ei
autem obiectum eſt bonum ar=
duum. ergo ſpes eſt excellencior
caritate. ¶ In oppoſitū eſt euan
gelium vbi caritas vocatur ve=
ſtis nupcialis vt dicit Gregoriꝰ
Secūdo eſt illud. i. corinth. xiij.
vbi enumeratis virtutibus the=
ologicis. dicit apoſtolus Maior
horum eſt caritas. ¶ Reſpōdeo
dicendum q̄ caritas merito dici
tur veſtis nupcialis. tum quia
ipſa eſt que diuidit inter filios
regni et perdicōnis vt dicit Au=
guſtinus. tum quia ſcdm Gre=
gorium. ipſa eſt qua chriſtus in
dutus venit ad nupcias quoni=
am ex caritate incarnari voluit.
Ihere. xxxi. In caritate perpetua
dilexi te. ideo attraxi te miſe=
rans Tum tercīo Caritas dicitur
veſtis nupcialis quia vniuerſa
delicta operit caritas. tum quar
to quia ornat omnia opera no=
ſtra. ſine caritate enim opera no
ſtra non placent deo. i. corinth.
Si diſtribuero in cibos pauperꝫ
om̄es facultates meas caritatē
autem non habeam nihil mihi
prodeſt. tum quinto dicitur ve=
ſtis nupcialis quia matrimonia
fiunt pp̄ter amiciciam reforman
dam. In matrimonio autē filij
dei cū natura humana amicicia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inter nos ⁊ deum eſt reformata.
ad ephe. ſe: i. ipſe eſt pax noſtrā
qui fecit vtrūq; vnum ⁊c̄. tum
ſexto dicitur caritas veſtis nupcī
alis quoniam eſt excellentiſſima
virtutum. quod ſic patet. cum bo
num in humanis actibus atten-
datur ſm̄ ꝙ regulatur debita re
gula neceſſe eſt ꝙ virtus huma-
na que eſt principium bonorum
actuum conſiſtat in attingendo
humanorum actuum regulam.
Eſt autem duplex regula huma-
norum actuum ſcilicet racio hu-
mana ⁊ deus. ſed deus eſt prima
regula a qua eciam humana ra-
cio regulanda ē. ⁊ ideo virtutes
theologice que conſiſtūt in attin
gendo illam regulam primam eo
ꝙ earum obiectum eſt deus ex-
cellenciores ſunt moralibus vir
tutibus vel intellectualibus que
conſiſtunt in attingendo racionē
humanam propter quod oportꝫ
vt eciā inter ipſas virtutes the
ologicas illa ſit potior que magis
deum attingit. ſemper autem id
quod eſt ꝑ ſe magis eſt eo quod
eſt per aliud. fides autem ⁊ ſpes
attingunt quidem deum. ſm̄ ꝙ
ex ipſo prouenit nobis vel cogni
cio veri vel adepcio boni. ſed cari-
tas attingit ipſum deum vt in ip
ſo ſiſtat non vt ex eo aliquid no
bis proueniat. ⁊ ideo caritas eſt
excellencior fide ⁊ ſpe. ⁊ per con-
ſequens omnibus alijs virtuti-
bus. ſicut eciam que attingit racī

onem ſm̄ ſe ē excellencior ꝙ alie
virtutes morales que attingunt
racionem ſm̄ ꝙ ex ea medium cō
ſtituitur in operacionib9 vel paſſi
onibus humanis. ¶ Ad ra
ciones in oppoſitum. Ad primā
reſpondetur negando conſequē
ciam. ⁊ racio eſt. quia operacio in
tellectus completur ſm̄ ꝙ res in
telligitur ē in intelligente ⁊ ideo
nobilitas operacionis intellectu
alis attenditur ſm̄ menſuram in
tellectus. operacio autem volun-
tatis ⁊ cuiuſlibet virtutis appeti
tiue perficitur in inclinacione ap
petitus ad rem ſicut ad terminū.
ideo dignitas operacionis appeti
tiue attenditur ſm̄ rem que ē ob
iectum operacionis. ea autē que
ſunt infra animam nobiliori mo
do ſunt in anima ꝙ in ſeipſis. q̄
vnumquodq; quod eſt in alio ē
per modum eius in quo eſt vt ha
betur in libro de cauſis. que vero
ſūt ſupra animam nobiliori mo-
do ſūt in ſeipſis ꝙ ſint in anima
et ideo eorum que ſunt infra nos
nobilior eſt cognicio ꝙ dilectio.
propter quod philoſoph9. ſexto
ethicorum. pretulit virtutes in-
tellectuales virtutibus morali-
bus. ſꝫ eorum que ſūt ſupra nos
⁊ precipue dilectio dei cognicioni
prefertur. et ideo caritas eſt ex-
cellencior fide.
¶ Ad ſecundam reſpondetur
negando conſequenciam et racio
eſt. quia fides non operatur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p dilectionem ſicut p inſtrumen
tum vt dominus p ſeruum· ſed
ſicut p formam propriam ·⁊ ido
racio nō procedit· ¶ Ad
terciam reſpondetur negando cō
ſequenciam· et racio eſt· quia idē
eſt obiectum caritatis et ſpei· ſʒ
caritas importat vnionem ad il
lud bonum· ſpes autem diſtanci
am quandā ab eo et inde eſt ꝙ
caritas non reſpicit illud bonum
vt arduum ſicut ſpes quod em̄
iam vnitum eſt nō habet racōnē
ardui ⁊ ex hoc apparet ꝙ caritaſ
ſit pfectior ſpe

Ad terciam ſic proceditur
et videtur ꝙ nō habens
veſtem nupcialem ſcʒ ca
ritatem finaliter nō proicietur in
tenebras exteriores. ideſt corpo
rales· vbi erit fletus et ſtridor dē
cium· Primo ſic. In inferno non
ſunt tenebre corporales ergo ⁊c̄
aſſumptum probatur ꝙ damp-
nati potenciam habebunt viſiuā
poſt corporum reſumpcōnem ſed
fruſtra in eis eſſet niſi aliquid vi
derent· ergo cum nihil videatur
niſi in lumine videtur ꝙ non ſit
omnino in tenebris· ¶ Secūdo
ſic· Dampnati vident penam ſu
am hoc enim eſt eis ad augmē-
tum pene ſed nihil videtur ſine
lumine· ergo nō ſūt ibi tenebre
corporales. ¶ Tercio ſic Lux na
turaliter ſequitur ignem vbi er-
go erit aggregacio ignis erit et
luminis· ſed in inferno erit ig-
nis· ergo ⁊c̄· ¶ Quarto argui
tur ꝙ non erit fletus corporalis
nec ſtridor dencium ſic fletus cor
poralis ſit p quandam reſolucio
nem lachrimarum. ſed a corpori
bus dāpnatoꝝ non poteſt fieri
p petua reſolucio cū nihil ī eis p ci
bum reſtauretur. omne enim fi
nitum conſumitur ſi aliquid ab
eo continue abſtrahatur· ergo
in dampnatis non erit corporal̄
fletus ¶ In oppoſitū ē euāgeliū
preſens. ¶ Reſpondeo dicendū
primo circa tenebras corporales
ſm̄ Yſidorum ignis gehenne ha
bet lucem ad aliquid et ad aliq̄d
nō habebit· Pro quo notanduʒ
iuxta ſanctum Thomam· ꝙ di-
ſpoſicio inferni erit talis vt max
ime miſerie dampnatorum com
petat· vnde ſm̄ hoc ſunt ibi lux
et tenebre pro ut maxime expe-
ctat ad miſeriam dampnatorū
Ipſa autem viſio ſm̄ ſe eſt dele-
ctabilis· vt enim dicitur· ij· me-
tha· ſenſus oculorum eſt maxi-
me diligibilis eo ꝙ p ipſū plura
cognoſcimus ſed p accidens cō-
tingit viſionem eſſe afflictiuam
in quantū videmus aliqua nob̄
nociua vel voluntati noſtre repug
nancia. et ideo in inferno locus
ita debet eſſe diſpoſitus ad vidē
dū ſm̄ lucē et tenebras ꝙ nihil
ibi pſpicue videatur. ſed ſolum
modo ſub quadā vmbroſitate vi
deantur illa que afflictionē cor-
di ingerē pñt· vnde ſimpliciter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

loquēdo locus ē tenebroſus. ſed
tamen ex diuina diſpoſicione ē
ibi aliquid luminis quantū ſuf
ficit ad videndum illa que ani-
mam torquere poſſunt. ad hoc ſa
tiſfacit naturalis ſitus loci. quia
in terre medio vbi infern⁹ poni
tur non poteſt eſſe ignis niſi fe-
culentus et turbidus et quaſi fu
moſus. vnde circa hoc notat do-
minus Bonauentura. ꝙ ignis ē
in triplici differencia. Eſt enī ig-
nis purus vt eſt in propria ma-
teria et ignis incorporatus vt ē
in materia aliēa vt in terrea vel
in aerea ⁊ eſt ignis non tantum
incorporatus ſed eciam permix-
tus. vt ignis ſulphureus et fu-
moſus. ¶ Primus eſt lux et pure
lucet et habundanter. Secudus
eſt ignis carbo et flamma. hic
autem lucet et tenebram expellit
Tercius eſt ignis fumoſus et ta
lis eſt tenebroſus et iſte erit in
inferno. ¶ Ex iſtis patet reſpō
ſio ad tria obiecta. ¶ Ad quar-
tam reſpondetur ꝙ in fletu cor-
porali duo inueniuntur quarum
vnum eſt lacrimarum reſoluc̄o ⁊
quantum ad hoc fletus corpalis
in da[m]pnatis eē nō poteſt quia
poſt diem iudicij quieſcente mo
tu primi mobilis non eſt aliqua
generac̄o vl̄ corrupc̄o vel corpora
lis alteracio. in lacrimarum reſo-
lucione oportet eē alicuius hūo-
ris generacionem. qui per lacri-
mas diſtillat. vnde quantum ad
hoc corporalis fletus in dampna
tis eē non poteſt; Aliud quod in
uenitur in corporali fletu eſt que
dam commocio et turbacio capi-
tis et oculorum. ⁊ quantū ad hoc
fletus in dampnatis eſſe poterit
poſt reſurrectionem corporū dāp
natorum qui ſolum ex exteriori
affligentur ſed eciam ab interio
ri ſcd̄m q̄d corpus mutat̄ ad paſ
ſionem anime in bonum vel ma
lum. et quantum ad hoc fletus re
ſpondet delectacioni que fuit in
anima et in corpe. et ita patz re
ſpōſio ad obiectū.

¶ In dominica. xxi. eſt euange-
lium. Erat quidam regulus Io.
x. ¶ Circa quod pn̄t diſputari ſe
quentes queſtiones. ¶ Primo
vtrum regulus iſte cuius filius
infirmabatur iuſte fuit reprehē-
ſus a chriſto dicente. niſi videri-
tis ſigna et prodigia nō creditis
¶ Secundo vtrum miraculum
hoc ſit idem cum miraculo illo d̄
quo ſcribitur Math. viij. de cē
turionis ſerui ſanato a chriſto
¶ Tercia vtrum ꝙ hora ſepti
ma qua filius reguli ſanatus eſt
a febre aliquid ſignificet in ſpiri
tuali curac̄one anime a febre pec
cati.

Ad primam queſtionem
ſic proceditur et videtur
ꝙ non iuſte ſiue conue-
nienter fuit reprehenſus iſte re-
gulus a chriſto dicente ei niſi vi
deritis ſigna et ꝓdigia n̄ credit[is]

¶ Primo ſic niſi enim chriſtum
credidiſſet ſaluatorē non petiuiſ
ſet ab eo pro filio ſuo ſaluacionē
ergo videtur ꝙ credebat ⁊ ita in
conuenienter reprehēdebatur ꝙ
non credebat. ¶ Secundo ſic.
Non veniebat reprehendēdus in
eo ꝙ querebat ſigna nam fides
per ſigna probatur. ¶ Tercio
Iſte cum eſſet gentilis non veni
bat reprehendendus ſi non crede
ret cum nec per ſacram ſcripturā
quā non viderat nec per racionē
naturalem poterat ad fidem per‐
uenire. vnde apoſtolus dicit ſig‐
na data ſunt infidelibus. primo
corinthe. decimoquarto.

¶ In oppoſitum eſt euange‐
lium in quo reprehendit eum di‐
cens niſi videritis ⁊ cetera.
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ iuſte
eſt reprehēſus iſte regulus a xp̄o
Pro qua cōcluſione notificanda
eſt notandum iuxta ſanctum tho
mam ſuper Io. ꝙ aliter trahun‐
tur ad fidem chriſti infideles. et
aliter fideles. nam infideles non
poſſunt trahi nec duci auctorita‐
te ſacre ſcripture; quia ei non cre
dunt nec per racionem naturalē
quia fides eſt ſupra racionem. et
ideo inducendi ſunt per miracu
la. primo corinthe. decimoquarto
Signa data ſunt infidelibus nō
fidelibus. fideles autem ducendi
ſunt ⁊ dirigēndi auctoritate ſa‐
cre ſcripture cui acquieſcere tenē‐
tur. in hoc ergo iſte regulꝰ redar
guitur quia cum eſſet nutritus i
ter iudeos ⁊ inſtructꝰ de lege nō
per ſcripture auctoritatem ſed p
ſigna credere volebat. ⁊ ideo do‐
minus reprehendit eum dicens
niſi ſigna ⁊ prodigia id eſt mira
cula que dicuntur aliquando ſig
na inquantum ſunt demonſtrati
ua diuine virtutis. Prodigia ve‐
ro quia certiſſime indicent vt ſic
dicatur prodigium quaſi procul
oſtendens aliquem effectum fu‐
turum. ¶ Ad raciones in op
poſitum Ad primam reſpondetur
ꝙ regulus iſte adhuc non crede‐
bat perfecte. erat enim in eo du‐
plex defectus fidei. Primus quia
licet crederet chriſtum eſſe bonū
hominem non tamē credebat eū
habere diuinam naturam aꝰs
credidiſſet etiam abſentem poſſe
curarē cum deꝰ vbiqꝫ ſit preſens
Ieremie. viceſimotercio. Celum
et terram ego impleo ⁊ ſic non ro
gaſſet eum vt deſcenderet in do‐
mum ſuam. ſed quod mandaret
tantum. Secundus defectus fu‐
it quia ſcd̄m Criſoſtimum. Du‐
bitabat vtrum chriſtus ſanare
poſſet filium ſuum. nam ſi pro
certo hoc credidiſſet non expe‐
ctaſſet aduentum chriſti ad ter‐
ram ſuam. quia ipſe pocius iuiſſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in iudeam ſed modo quaſi deſpe
ratus de ſalute filij nolens negli
gere quicq̄ quod circa hoc facere
poſſet adijt ad eum more paren
tū qui deſperantes de ſalute filio
rū etiā imperitos medicos conſu
lūt. ¶ Ad alia duo patet reſpon
ſio ex dictis

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
ꝙ id ſit miraculum hoc
et qd̓ deſcribitur Mathei octa-
uo de centurione. Primo aucto-
ritate Criſoſtimi. Secundo au-
ctoritate Theophili. ¶ In oppo
ſitum ſunt alij doctores. ¶ Re
ſpondeo iuxta ſanctum Thomā
et nicolaum de lyra ſuper Johan
nem qui ambo ex quatuor oſten
dunt. ꝙ non ſit idem hoc mira-
culum cum illo. Primo ex perſo-
na infirmi. quia hic dicitur fili⁹
ibi autem dicitur ſeruus. Secū-
do ex infirmitate. quia hic dicit̄
febris. ibi autem dicitur paraliſiſ
vnde ibi dicitur ſeruus meus ia
cet in domo paraliticus. Tercio
ex modo rogandi quia iſte roga
bat vt veniret preſencialiter. cre
dens quia non poſſet curari ali-
ter propter quod fuit reprehen-
ſus a chriſto. Ille autem centu-
rio preſenciam chriſti repellebat
reputans ſe indignum tanto ho-
ſpite. dicens. Non ſum dignus
⁊c̄. credebat chriſtum eciam ab-
ſentem poſſe ſanare infirmum ſo
lo imperio. ꝓpter quod dicebat
dic tm̄ verbo et ſanabitur puer
meus. propter quod fuit a deo
commendatus dicente. non in-
ueni tantā fidem in iſrahel. ⁊ ſic
patet ex modo rogādi quia iſte
regulus fuit alius ab illo centu-
rione. Quarto patet ex loco q̄a
ipſe erat in capharnea quādo ro
gatus fuit a centurionē. hic dici
tur ꝙ erat in chanā galilee quā
do fuit rogat⁹ a regulo. et ſic iſte
regulus non eſt idem ꝙ centurio
ſed fuit quidam de familia hero
dis tetrarche ſiue nūcius ſiue of
ficialis imꝑatoris ⁊c̄.

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
iuxta Albertum ꝙ ſigni
ficant ille ſeptem hore quibus re
ſurgit anima de peccato et ſana
tur de febre peccati per penitenci-
am. Prima quidam hora in com
punctione cordis. que quatuor
habet momenta quorum vnum
eſt motus liberi arbitrij in deum
Alterum eſt motus liberi arbi-
trij in peccatum deteſtando il-
lud. Tercium eſt dolor de com-
miſſo et quartum eſt ſpes venie
de miſericordia dei. Pſalmiſta.
Commouiſti terram et cetera.
Commouiſti dicit ꝓpter motū
in deum conturbaſti propter mo
tum deteſtacionis in peccatum.

ſana contricionẽs eius dicit pro
pter motum doloris de commiſſo
quia commota eſt dicit propter
motum ſpei in miſericordiam re
mittentis hec ergo q̄tuor momē
ta faciunt vnam horam · confeſſio
autem habet horas tres · quia cō
feſſio debet eſſe pura ſimplex ⁊ in
tegra. Puritas habet q̄tuor mo
menta · primum ſcilicet vt fortī
ter dicat · ſecundum · vt ſicut fe
cit dicat · tercium vt excuſacionē
non querat · quartum vt cum ve
recundia quam turpitudo peccat
exigit confiteatur. De primo ho
rum dicit Yſaie · xliij · Dic tu in-
quitates tuas vt iuſtificaris · De
ſecundo Joſue ſeptimo · Da glo
riam deo ⁊ confitere peccatum tu
um ⁊ indica michi quid feceris ·
non enim confitetur niſi dicat ſi
cut fecit · de tercio in pſalmo ·
¶ Non declines cor meum ad excu
ſandas excuſa · ⁊c · De quarto ·
Jeremie quinto · Confuſi ſunt q̄
fecerunt. Simplex autem confeſ
ſio habet quatuor momenta · pri
mum eſt q̄ ſit ſine plica ypocriſis
plicam habet ypocriſis qui per cō
feſſionem intendit iuſtificare ſe
ipſum · Luce decimoſexto · Quid
iuſtificatis vos coram hominib⁹
deus autem ⁊c · vnde ibidem cō
parantur de albatis ſepulchris
et de iſtis dicit pſalmiſta · ſepul
chrum patens eſt guttur eorum

qui ſic confitentur. ¶ Secundum
momentum eſt quando confeſſio
eſt ſine plica vanitatis. vanitati
autem permixta eſt confeſſio · q̄n
id quod ad vanitatem ſeculi fa-
cit lete confitetur · quod autē ſe
cundum ſeculi confuſionem pre-
tendit dimiſſo vultu vix dicit p
uerbiorum · Letantur cum male
fecerint · ⁊ exultant in rebus peſ-
ſimis; Tercium eſt q̄ confeſſio
ſit ſine plica permixtionis · plica
autem permixtionis eſt quando
intermiſcet plurima que nō ſūt
peccata vt ex illo non in toto in-
iuſtus appareat ⁊ in ſignum hu
ius dicitur de ſanctis q̄ veſtimen
ta debent eſſe candida per totum
et maculis non aſperſa. ⁊ canti.
ſexto dicit · Tota pulchra es ami
ca mea ⁊ macula non eſt in te ·
fauus diſtillans labia tua mel ⁊
Quartum momentum confeſſio
nis eſt q̄ ſit ſine plica doloſitatis
dolo autem permixta eſt confeſ-
ſio quando non habet emendan
di propoſitum in hoc enim viget
peccandi voluntas adhuc ⁊ non
habet emēdandi propoſitum ma
la. i. thimo. i · Maledictus dolo
ſus qui habet in grege ſuo maſ-
culum ⁊ votum faciens īmolat de
bile domino · In hoc enim debile
eſt ſacrificiū qd̄ ſic offertur · ſic er
go hec hora q̄tuor habet momen-
ta. Integra autem erit confeſſio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſic hec hora quatuoꝛ habet mo-
menta. Primum eſt vt totum ſi
ne dimmucione dicatur. Secun
dū ē vt vni totum dicatur. Ter
cium eſt vt vna vice quantum re
cordatur dicatur. Quarto. vt
dimidia venia non ſperetur. de
primo in pſalmo. Confitebor ti-
bi i toto corde meo. hoc eſt ex to
to corde totum dicendo quod eſt
in corde. De ſecundo vt vni totū
dicat ſicut vni medico totus do-
lor aperitur hoc eſt ſignificatum
Luce. decīo. vbi ſamaritan9 om
nia vulnera ſemiuiui ligauit in
fundens oleum et vinum. De ter
cio ꝙ ſimul vna vice dicatur Pſa.
xxxviij. Recogitabo tibi omnes
ānos meos in amaritudine aīe
mee. De quarto ꝙ non dimidia
venia ſperetur. pſ. Qui propici
atur omnibus iniquitatibus tu-
is. qui ſanat oēs infir. tu. Iſte
ergo ſunt quatuoꝛ hore tres reſi-
due ſunt in ſatiſfactione ſcȝ ieiu
nium quod ſanat peſtes coꝛpis
et oracio que ſanat peſtes men-
tis. et elemoſina cordis vel ope-
ris vtriuſqȝ que ſanat peſtes fa-
cultatis Ieiunium autem habet
quatuoꝛ momenta. Primum eſt
vt leto vultu exhibeatur. Ma-
thei. ſexto. Tu autem cum ieiu-
nas ⁊c̄. Secundum ꝙ vſqȝ ad pe
tulencie coꝛporalis mortificacio-
nem producatur Iohel. ij. In ie
iunio et fletu et planctu et ſcin-
dite corda veſtra ⁊c̄ Tercium eſt

vt ſobrīetas ſenſuum et anime
ſeruetur et racionale ſit ne natu
ra deſtruatur Roma. xij. Racio-
nabile ſiu obſequium veſtrum.
Quartum autem momentum
huiuſmodi hore eſt vt dum ieiu
nat coꝛpus mens cibo dei paſca
tur. Deutro. vi. et Mathei. ij.
Non in ſolo pane viuit homo. ſ
⁊c̄ ¶ Oracio autem eſt ſecunda
hora que ſicut dicit Auguſtinus
Eſt pius affectus mentis in deū
directus habet āt hec hora q̄tuoꝛ
momenta. Primum eſt vt in ſe-
creto cordis fiat. Secundū eſt vt
deuote fiat. Tercīū eſt vt ad ſa
lutem fiat. Quartum eſt vt per
ſeueraliter fiat ¶ De primo Ma
thei. vi. Tu autem cum oraue-
ris intra cubiculum tuū. ⁊c̄. tūc
inuocabis et dominus exaudiet
De ſecūdo ſcilicet deuote fiat. ꝙ
pſ. Dirigatur oracio ſicut ⁊c̄. ꝙ
oracō debet eſſe ignita feruore de
uocionis et condita adoramētis
virtutum. De tercio ſcilicet qđ
fiat de pertinentibus ad ſalutem
Math. v. Primum querite reg-
num dei et iuſticiam eius. ¶ De
quarto ſcilicet de perſeuerancia
Luce ſexto. Quoniam opoꝛtet ſē
per orare et non deficere. Luce. xi
propter improbitatem eius ⁊c̄.
Elemoſina eſt tercia hora. et ſu-
mitur hic tam pro ſpirituali ꝙ
pro coꝛporali. et ſic omnis poteſt
ad elemoſinam ſufficere. hec ha-
bet quatuoꝛ momenta. ſcilicet

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

compaſſionē in corde dulcedinē
in ore largitatem in manu ⁊ vti
litatem in dato. De primo ſcilicet
compaſſione: Iſaye. lviij. Cum
effunderis eſurienti animam tu-
am ⁊c. Mathei ſexto. Eſtote mi
ſericordes ſicut ⁊c. De ſecundo
ſcilicet de dulcedine oris. eccleſi-
quarto. Declina pauperi ſine tri-
ſticia aurem tuam et cetera.

¶ De tercio ſcilicet largitate manꝰ
Thobie quarto. Si multum tibi
fuerit ⁊c. De quarto ſcilicet vtili
tate dati. Luce vndecimo. Quis
veſtrum patrem petit panem nū
quid lapidem dabit illi ⁊c. Hec
igitur ſunt ſeptem hore quarum
quelibet habet quatuor momen
ta ex quibus completur. q̄uis enī
ſm computiſtas hora ex pluribꝰ
momentis componatur. tamen
ſcḋm naturam nō componitur ni
ſi ex quatuor. in quorum primo
eius virtus oritur. in ſecundo ꝓ
ficiendo ꝓgreditur. in tercio ſtat
in augmento. in quarto perfectā
diffundit operacionem ſue virtu
tis. Hoc enim modo res create in
ens perficientur. ⁊ ideo hanc ex q̄
tuor fecimus compoſicionem. hec
albertus.

¶ In dominica viceſima ſecun
da eſt euangelium. Simile eſt
regnum celorū ⁊c. Math. xviij.
Circa quod poſſunt hec diſputari
¶ Primo vtrum ſeruus ille cui
dimiſſa ſunt a domino decem mi
lia talentorum peccauit petendo
a ſeruo ſuo centum denarios.
¶ Secundo. vtrum per ingra-
titudinem redierunt peccata priꝰ
dimiſſa. ¶ Tercio. vtrum tan
ta poteſt contricio in aliquo eſſe
vt omne debitum a deo ſibi di-
mittatur.

Ad primam queſtionē ſic
proceditur ⁊ videtur q̄
ſeruus ille peccauerit pe
tendo a ſeruo ſuo debitum. Pri-
mo ſic ex preſenti euangelio. vbi
ait dominus. ſerue nequam. om
ne debitum dimiſi tibi q̄m me ro
gaſti nonne oportebat te com-
ſereri ſerui tui ſicut ego tui miſer
tus ſum. ¶ Secundo ſic dicitur
primo corintheo. decimotercio.
Caritas non querit que ſua ſunt
gloſa. caritas non repetit ablata
ergo nullus habens caritatem po
teſt repetere debita. Tercio ma-
gis diligendus eſt proximus q̄
aliquod temporale. ergo nullus
tenetur repetere ſua ſi ſciat ſcan-
dalizare proximum. ¶ In op
poſitum eſt illud. i. ad corintheos
nono ¶ Omnia michi licent
non omnia expediunt. ⁊ exponi
tur de repeticione ſuorum. ergo li
citum eſt cuilibet ſua repetere. et
per conſequens ſeruus in peten
do ſuum debitum non peccauit.

¶ Reſpondeo dicendum q̄
ſeruus ille nō peccauit in petēdo

a ſerūo ſuo centū denarios. ſꝫ
peccauit vtendo tanta crudelitate
et impietate erga illum exigen-
do ab illo debitum quia vt dici-
tur tenebat illum et quaſi ſuffo
cabat et reſpirare non ſinebat q̄
tamen debitum non negabat ſꝫ
dilacionem petebat ad redden-
dum. peccauit ergo in hoc atten
ta maxime miſericordia qua do
minus vſus fuerat erga eum

¶ Ad racōnes in oppoſitum.
ad pͥmam ptꝫ ex dictis reſpon-
ſio. quia debuit commiſereri con
ſerui ſui et et non in remittendo
totum debitum tamen in expe-
ctando eum quouſqꝫ eſſet potēs
ad reſtituendum.

¶ Ad ſecundam reſpondetur
iuxta alexandrum de alis in ter-
cio ꝙ eſt repetere ex cupiditate ꝛ
eſt repetere zelo iuſticie. et eſt re-
petere timore caſus. Primo mo-
do non eſt repetere ex caritate.
Caritas enim non repetit ablata
cauſa ſcilicet cupiditatis. nō em̄
eſt amatrix pecunie propter ſe ſi
cut ibi dicit gloſa. qꝛ ipſa amat
bonū incommutabile et omnia
commutabilia refert ad illud. re-
petere zelo iuſticie perfectis eciā
licet. repetere vero timore caſus
ne ſcꝫ ꝓpter paupertatem et in-
digenciam ruant in peccatum cō
uenit infirmis ne ſcꝫ egeſtate cō
pulſi furentur et periurent nomē
domini ſicut dicit puer. iij.

¶ Ad terciam reſpōdetur negā
do conſequenciam et racō eſt.
oportet enim tenere qđ certū eſt.
Certum eſt autem ꝙ raptor eſt
qui abſtulit vel debitor qui red-
dere obligatur incertuꝫ. et ſi ſcā
dalizabitur et preterea ſi ſcirem
ꝙ ſcandalizabitur ſi repetendo
preponderat ſcandalum propriū
ꝙ̄ ſcandalum proximi plus tene
or vitare ſcandalum propriuꝫ ꝙ̄
alterius

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
ꝙ ꝑ ingratitudinem pec
cata dimiſſa redeant. Primo ſic.
ex preſenti euangelio. vbi dn̄s
ait ſerue nequā. Omne debitum
dimiſi tibi. ꝛc. ꝛ poſt tradidit eū
tortoribus quouſqꝫ redderet vni
uerſum debitum ꝛc̄ ergo dn̄s de
bitum quod dimiſerat iterū exi
git. ¶ Secundo ſic. Dicit raba
nus in glo. ſuꝑ euangelium ne-
quā ſeruum tradidit dn̄s tortori
bus quouſqꝫ redderet vniuerſuꝫ
debitum quia non ſolum homo
peccata que poſt baptiſmū egit
reputabuntur ei ad penam ſed
originalia que ei dimiſſa ſunt in
baptimo ¶ Tercio ſic. Ezech.
xviij. dicitur ſic. ſi auerterit ſe iu
ſtus a iuſticia ſua omnes iuſti-
cie quas fecerat non recordabun
tur. ergo in eo ſtatu eſt ac ſi nul
lam iuſticiam feciſſet. ſed ſi non
feciſſet iuſticiam penitencie non

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

peccata dimissa ergo di-
miſſio illa anullatur ergo pecca-
ta dimiſſa redeūt ¶ Quarto ſic
ſi ponatur ꝙ aliquis ante cōple-
tā ſatiſfactionem de peccatis pre-
teritis cadat in culpā conſtat ꝙ
ſatiſfacere non poteſt extra graci
ā ponat ergo ꝙ diſcedat iſte rea
tū ſecū portat qui nō pōt ſoluí per
penam ſatiſfactoriam . ergo puni
tur pena eterna ¶ In oppo. ar-
guitur ex illo nau . ij . ats . iob . xx
xiij . nō iudicat deus bis in idip-
ſū . non ergo bis punit . ſi ergo a
liquis pro peccato commiſſo peni-
tuit et ſe punivit videt ꝙ ampli
us pro illo nō puniatur quantū
cū ꝙ peccet ats ¶ Secūdo ſic
nūꝰ incurrit peccati maculā vel
reatum niſi ex commiſſione ipſius
peccati . ſed penitens anteꝙ face
ret fornicacōnem nō hēbat macu
lā vel reatum homicidij quod ſibi
iam dimiſſum erat nec pꝰ ea for
nicādo homicidiū commiſit ergo
nō redit homicidiū ꝙtū ad culpā
nec quantum ad reatum ¶ Reſ
pondeo dicendum ꝙ neceſſe ē ꝙ
aliquo modo peccata redeant quia
autoritates hoc expreſſe dicunt
Sed de modo quo varie aliq
doctores ſunt locuti quidam e-
nim dixerunt ꝙ peccata dimiſſa
ſingulariter quantum ad macu-
lam et reatū ſecūdū ꝙ cauſantur
ex actibus peccatorum prius di-
miſſorum redeant per peccatum

mortale ſequens ¶ . Sed iſta op
pinio vt arguit . Albertus magn-
et ſanctus . Tho . non poteſt eſſe
vera quia opus dei per opus ho-
minis irritari non poteſt remiſſio
autem priorum peccatorum ē
opus divine miſericordie vnd
non poteſt irritari per ſequens pec-
catum mortale hominis ſecundū
illud . Romanorum . iij . nunquid
incredulitas illorum fidem dei e-
uacuit : Et ideo alij ponentes pec
cata redire dixerunt ꝙ deus non
remittit peccata penitenti pꝰ mo
dum peccatori ſecundum preſci-
enciā ſed ſoluz ſecundū preſentē
iuſticiam preſtit enim eum pro
hijs pctīs eternaliter puniendum et tū per
grāz facit eū preſencialiter iuſtū ſed eti
am iſtorum opinio ſtare non po-
teſt quia ſi cauſa abſolute pona
tur effectus ponitur abſolute ſi
ergo abſolute nō fieret peccatorum
remiſſio ſed cum quadam condi
tione in futurum dependente per
gratiam et gratie ſacramenta nō
eſſet ſufficiens cauſa remiſſionis
peccatorum quod eſt erroneum
vtpote derogans gratie dei et ide
o ponitur iſta concluſio ꝙ nullo
modo poteſt eſſe ꝙ macula et rea
tus precedencium peccatorum re
deant ſecundū ꝙ ex talibus acti
bus cauſabantur ſed convenit
ꝙ ſequens actꝰ peccati virtuali
ter continet reatum prioris pec
cati in quantum ſcilicet . aliquis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſecūdo peccans ex hoc ipſo videt
grauius peccare qua prius pecca-
uerat ſic ergo eſt concluſio ſecun
da ꝙ per peccatum ſequens pe-
nitenciam redit quodammodo re
atus peccatorum prius dimiſſo-
rum non inquantū cauſabatur
ex illis peccatis prius dimiſſis ſꝫ
inquantum cauſatur ex peccato
vltimo perpetrato quod aggra
uatur ex peccatis prioribus ⁊ hoc
nō eſt peccata dimiſſa redire ſim
pliciter ſed ſecundum quid inquā
tum .ſ. virtualiter in peccato ſe
quenti continetur ¶ Unde
in quarto conformiter ad tercia
am partem ſanctus ¶ Tho
mas dicit ſic ꝙ aliquid poteſt re-
dire dupliciter vel in ſe et ſic pec
cata dimiſſa nullo modo redeunt
quantum ad culpam nec per cō-
ſequens quantum ad reatū vel
in ſuo effectu et hoc modo pecca-
ta dimiſſa redeunt inquantum
ex peccatis dimiſſis aliquid in ſe
quentibus relinquitur ex hoc e-
nim ꝙ homo deum offendit p9
dimiſſionem precedencium pec
catorum quandam deformitatē
ingratitudinis actus ſequentis
peccati acquirit et ideo dicitur cō
muniter ꝙ redeunt quantum ad
ingratitudinem ¶ Tercia con
cluſio per ingratitudinem pecca
ti ſequentis non conſurgit tant9
reatus quantus fuerat peccato-
rum dimiſſorum patet concluſio

quia deutro. xxv. dicit ꝙ pro mē
ſura peccati erit plagarū mod9
ex quo patet quod ex paruo pec
cato non conſurgit magn9 reat9
ſed quandoqꝫ mortale peccatum
eſt multo minus quolibet pecca
torum prius dimiſſorum non er
go ex peccato ſequenti redit tan
tus reatus quantus fuit peccato
rum prius dimiſſorum ſed bene
proporcionaliter quanto pecca
ta dimiſſa fuerint plura et maio
ra tanto redit maior reatus per
qualecumqꝫ ſequens peccatum
mortale

¶ Ad raciones in
oppoſitum ad primam reſponde
tur ꝙ peccata redeant modo iā
dicto et non aliter ¶ Ad
ſecundam reſpondetur ꝙ pecca
tum originale redit modo predi
cto ſicut mortale inquantum con
tēpnitur dei beneficium

¶ Ad terciam reſpondetur
negādo cōſequenciā et ad aucto
ritatem dicendum ꝙ verum eſt
quod iuſticie iuſti nō rememora
buntur quantum ad effectum q̄
ex eis expectabatur in futuro qꝛ
per eas ad vitam eternam non
peruenirent ſed rememorabūtur
quantum ad hunc effectum qui
eſt peccata preterita abolere ꝙ in
preſenti faciebant
¶ Ad quartam
reſpondetur ꝙ pena cuius ē aliq̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuius eſt aliquis debitor p9 culpam remiſſam in inferno punietur temporaliter nec propt hoc ſequitur q in inferno ſit redempcio· quia pena que ſoluitur nō redimitur nec eſt inconueniēs q q̄tum ad aliquid accidentale pena inferni minuat vſq ad diē iudicij ſicut eciā augetur .

Ad terciam queſtionem ſic proceditur et videtur q non poſſit tanta contricio in aliquo eē q omne debitum ſibi a deo dimittatur i· q poſſit tollere totum reatum pene Primo ſic· Satiſfaccio et confeſſio ordinantur ad liberacionem de reatu pene ſed nullus ita pfecte cōteritur quin oporteat eum confiteri et ſatiſfacere· ergo cōtricio numq̄ eſt tanta q deleat reatū totum· ¶ Secundo ſic· In penitencia debet eſſe quedam recompenſacio pene ad culpam ſed āliqua culpa p membra corporis exercetur ergo cum oporteat ad debitum pene recompenſacionē vt per que quis peccat per hec torqueatur videtur q nūq̄ poſſit pena talis peccati per contricionem exſolui· ¶ Tercio dolor contricionis eſt finitus· ſed pro aliquo peccato ſcilicet mortali debetur pena infinita· ergo numq̄ poteſt eē tanta contricio q totā penam deleat· ¶ In oppoſitum eſt euāngelium· vbi ait dominꝰ omne debitum dimiſi tibi ꝛc. ¶ Secundo· Deus plus acceptat cordis affectum q̄ exteriores actum· ſed per exteriores actus abſoluitur homo a culpa et a pena· ergo ſimiliter per cordis affectum qui eſt contricio· ¶ Reſpondeo dicendum ſꝫ iſta concluſione q tanta poteſt eē contricio alicuius penitentis q omnē culpe reatum tollat ſiue q omne debitum a deo ſibi dimittat ſcilicet pene et culpe· Patet concluſio exemplariter in latrōe cui dictum eſt· hodie mecum eris ī paradyſo propter vehemenciam penitencie actum ¶ Nota iuxta ſanctū Thomam q intenſio contricionis poteſt attendi dupliciter· vno modo ex parte caritatis que diſplicenciam cauſat et ſic contingit tantum intendi caritatem in actu q contricio inde merebitur non ſolum culpe ammocionem ſed eciam abſolucionem ab omni pena· Alio modo poteſt attendi ex parte doloris ſenſibilis quem voluntas in contricione excitat et q̄ a illa pena quedam eſt q̄ in tātum poteſt intēdi q ſufficiat ad delecionem culpe et pene

¶ Ad racōnes in oppoſitum.

Ad primā reſpondetur negando conſequenciā et racio eſt tū pmo quia aliquis non poteſt eſſe certus q contricio ſua ſit ſufficiens

ad delicionez culpe ⁊ pene ⁊ ideo
tenetur confiteri ⁊ ſatiſfacere· tū
ſecundo quia contricio vera nō fu
it niſi propoſitum confitendi ha-
buit annexum quod debet ad ef
fectum deduci ⁊ propter precep-
tum eccleſie de confeſſione facien
da datum· ¶ Ad ſecundam
reſpondetur negando conſequen
ciam ⁊ racio eſt quia ſicut gaudi
um interius redundat eciam ad
exteriores corporis partes ita eci
am dolor interior ad exteriora mē-
bra deriuatur· vnde dicitur Pro
uerbiorum decimooctauo· Spi
ritus triſtis exſiccat oſſa· ¶ Ad
terciam reſpondetur q̄ licet do-
lor contricionis ſit finitus quan-
tum ad intenſionem ſicut pena
mortali peccato debita eſt habet
tamen infinitam virtutem ex ca-
ritate qua informatur ⁊ ſm̄ hoc
poteſt valere ad delecionem cul-
pe ⁊ pene·

¶ In dominica viceſimatercia·
eſt euangelium. Abeuntes pha-
riſei ⁊c· Mathei viceſimoſecun
do· Circa quod poſſunt ſequētes
queſtiones diſputari·
¶ Primo vtrum Ceſari ſiue prī
cipi ſeculari ſit cenſus dandus·
¶ Secundo vtrum omnes tene
amur ad ſacrificia deo offerenda
¶ Tercio vtrum xp̄s conuenien

ter reprehenderit Phariſeos in
terrogantes eum ſi licet cenſum
dare Ceſari dicēs eis cur me tēp
tatis et cetera·

Ad primam queſtionem
ſic proceditur ⁊ videtur
q̄ ceſari ſiue principi ſe
culari non ſit cenſus dandus·
Primo ſic dare cenſum pertinet
ad quandam ſeruitutem ſed per
aduentum chriſti liberi facti ſu-
mus ab omni ſeruitute ſecundū
illud Iohannis octauo· Si filius
vos liberauerit veri liberi eritis
ergo nulli eſt cenſus dandus·
¶ Secundo ſic Iſti principes
non videntur eſſe a deo ſecundū
illud oſee octauo· Ipſi regnaue-
runt ⁊ non ex me principes exti-
terunt et cetera· ergo videtur q̄
non eſt alicui eorum cenſus dan
dus· ¶ Tercio ſic Non eſt faci
endum aliquid contra inſtitucio-
nem diuinam ſed hoc habet inſti
tucio diuina vt homo ſuo arbi-
trio regatur ſecundum illud ec-
cleſiaſtici decimoquinto. Deus
ab inicio conſtituit hominem et
reliquit eum in manu conſilij ſui
ergo non tenetur homo ſe ſubice
re alteri tanq̄ domino aut princi
pi ⁊ per conſequens nec cenſum
tribuere.
¶ In oppoſitum eſt euangeliū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Reſpondeo dicendum vt ſan-
ctus Thomas tangit ſuper epi
ſtolam pauli quidam fideles in
primitiua eccleſia dicebant terre
nis poteſtatibus ſe ſubici nō de
bere propter libertatem quam cō
ſecuti erant a chriſto ſcdm illud
Joh. viij. Si filius vos liberauit
etc. ſed iſti nō bene dicebant quia
libertas per chriſtum cōceſſa eſt
libertas ſpiritus qua liberamur
a peccato et morte. caro autē ad
huc remanet ſeruituti obnoxia.
ſed etiam liberabitur in liberta
tem glorie filiorum. et ideo tunc
nulli ſubiectioni homo per chri
ſtum liberatus erit obnoxius nec
ſpirituali ſcilicet nec carnali vn
de dicitur primo corinth. quinto
Cum tradiderit chriſtus regnū
deo et patri et euacuauit omnē
principatum et poteſtatem Inte
rim autem dum corruptibilē car
nem gerimus oportet nos omni
bus carnalibus ſubicere et ita per
aduentum chriſti fideles a tribu
tis ſoluendis ſicut nec ab alijs
corporis penalitatibus non ſunt
abſoluti quia nec ipſe chriſtus
ſeipſum ab omnibus huiuſmo-
di penalitatibus abſoluere volu-
it. Unde dicit Ambroſius et ha-
betur. xi. q. i. Si enī filius dei cē
ſū ſoluit quis tu tantus es q̄ nō
putas eē ſoluendum Ponitur er
go cōcluſio reſponſalis quod ceſari
ſiue principi terrēo cenſus ē ſol
uendus concluſio patet ex euan
gelio preſenti Secundo patet ex
illo apoſtoli ad Roma. decimo-
tercio Omnis anima id eſt homo
poteſtatibus ſublimioribus ſub
dita ſit et racionem aſſignās ait
omnis poteſtas a deo eſt et infra
Ideoque enim et tributa preſtatis
et aſſignans racionem dicit mi-
niſtri enim dei ſunt in hoc id eſt
pro hoc ipſo ſcilicet tributo reci-
piendo ſeruientes ſcilicet deo et
populo. quaſi diceret. vnuſquiſ
que debet de ſuo miniſterio viue-
re. ſecundum illud. i. corinth. ix. Quis
paſcit gregem et de lacte eius nō
edit et ideo cum principes nū ſuo
regimine deo miniſtro a populo
debēt tributa ſuſcipere quaſi ſti-
pendia ſui miniſterij hec autem
tributa ſuſcipiunt ad ſui ſuſten
tacionem. Laborant autem prin
cipes ad omnium pacem. Unde
dicitur. i. thi. ij. Obſecro primū
omnium fieri obſecraciones pro
regibus et omnibus qui in ſubli
mitate ſunt conſtituti vt quietā
et tranquillam vitam agamus.
Ab hoc tamen debito liberi ſunt
clerici ex priuilegio principū quod
quidem equitatem habet natu-
ralem Unde etiam apud genti-
les liberi erant a tributis illi qui
vacabant rebus diuinis legitur
enim Geneſis quadrageſimoſe
primo quod Joſeph ſubiecit phara
oni totam terram egipti preter

tertam ſacerdotū quē a rege tra
dita erat eis quibus ⁊ ſtatuta ci
baria ex horreis publicis prebebā
tur ⁊ hoc quidem omnino equū
eſt quia ſicut reges ſollicitudinē
habent de bono publico in tem-
poralibus ita miniſtri dei in ſpiri
tualibus ⁊ ſic per hoc ꝙ deo in ſpi
ritualibus miniſtrant recompen-
ſant regi ꝙ pro pace eorum labo
rat. cōcludit ergo apoſtolus red
dite ergo omnibus debita cui tri
butum· tributum cui vectigal ex
quo patet ꝙ ex neceſſitate iuſti
cie tenentur ſubditi ſua iura prin
cipibus exhibere ⁊ ideo in euan-
gelio noſtro dicitur reddite que
ſunt ceſaris ceſari. ¶ Ad
rationes in oppoſitum Ad primā
patet reſponſio ex dictis libera-
uit enim chriſtus pro nunc fide-
les a ſeruitute dyaboli ⁊ non a ſe
ruitute huius mūdi vt dictum eſt
¶ Ad ſecundam reſpondetur
negando conſequenciam ⁊ ratio
eſt· quia non tantum obediendū
eſt bonis ⁊ modeſtis ſed etiā diſ
colis ·i. petri· ij· Pro quo notan-
dum ꝙ regia poteſtas vel cuiuſ-
cunq; alterius dignitatis poteſt
conſiderari quantum ad tria vno
quidem modo quantum ad ipſā
poteſtatem. ⁊ ſic eſt a deo ꝑ quē
reges regnant quicquid enim cō
uenienter dicitur de deo ⁊ creatu

ris a deo in creaturas deriuatur ſi
cut patet de ſapiencia eccleſiaſt·
primo· omnis ſapiencia a domi-
no deo eſt. Poteſtas autē a deo
dicitur ⁊ de omnibus Iob. trice-
ſimoſexto· Deus potentes nō ab
icit cum ⁊ ipſe ſit potens vnde cō
ſequens eſt ꝙ humana poteſtas
ſit a deo Danielis ij. Dominabi
tur excelſus in regno hominum ⁊
cuicunq; voluerit dabit illud Io.
decimonono· Non haberes pote-
ſtatem aduerſus me vllam niſi
datum eſſet tibi deſuper· Alio mo
do poteſt conſiderari quātum ad
modum adipiſcendi poteſtatem
⁊ ſic quandoq; poteſtas eſt a deo
quādo ſcilicet aliquis ordinarie
poteſtatem adipiſcitur ſm illud
ad hebreos quinto. Nemo ſibi ho
norem aſſumat ſed qui vocatur
a deo tamq̄ aaron Quandoq; ve
ro non eſt a deo ſed ex peruerſo
hominum appetitu qui per ambi
cionem vel quocūq; alio modo po
teſtatem adipiſcitur. Amos ·vj·
Nunquid non in fortitudine no
ſtra aſſumpſimus nobis cornua.
Tercio poteſt conſiderari quantū
ad vſum ipſius ⁊ ſic quandoq; ē
a deo puta cum aliquis ſcđm pre
cepta diuine iuſticie vtitur cōceſſa
ſibi poteſtate ſcđm illud puer·
viij· Per reges regnant ⁊ legum
conditores iuſta decernunt =

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quandoqꝫ autem nō eſt a deo
puta cū aliquī poteſtate ſibi da-
ta vtuntur contra diuinam iuſti
ciam. ſcdm illud Ps. Aſtiterūt
reges terre et principes ꝛc. ſequi
tur aduerſus dominum ꝛc.

Ad terciam reſpondetur negā
do conſequenciam et racō eſt. quia
deus reliquit hominem in manu
conſilij ſui non quia liceat ei fa-
cere omnia que velit ſed quia ad
id quod faciendum eſt non cogi
tur neceſſitate nature ſicut crea-
ture irracionales ſed libera electi
one ex proprio conſilio proceden
te et ſicut ad alia facienda debet
procedere proprio conſilio ita eci
am ad hoc ꝙ obediat ipſe ſuperi
oribus. Dicit enim Gregorius
vltimo moralium. dū aliene voci
humiliter ſubdimur noſ metip-
ſos in corde ſuperamꝰ

Ad ſecundam queſtionē
ſic proceditur et videtur
ꝙ non omnes teneant̄
ad ſacrificia deo offerenda. Pri-
mo ſic. Dicit apoſtolus. Roma.
iij. Quecūqꝫ lex loquit̄ hijs qui
ſunt in lege ſed lex de ſacrificijs
non fuit omnibus data ſed ſoli
populo hebreorum. ergo non om
nes ad ſacrificia tenentur.

Secundo ſic. Sacrificia deo of
feruntur ad ſignificandum. ſed
non eſt omnium hmōi ſignifi-
caciones intelligere. ergo nō om
nes tenentur ad ſacrificia offerr̄e
da. Tercio ex hoc ſacerdotes
dicuntur ꝙ deo ſacrificium offe-
runt ſed non oēs ſūt ſacerdotes
ergo non omnes tenentur ꝛc.

In oppoſitum eſt euangeliū
dicens. Reddite que ſunt dei

Reſpondeo dicendum ſub cer
tis concluſionibus. Prima eſt ꝙ
offerre ſacrificium deo eſt de lege
nature. Patet iſta concluſio qm̄
naturalis racio dictat homini vt
alicui ſuperiori ſubdatur ꝓpter
defectus quos in ſeipſo ſentit i
quibus ab aliquo ſuperiori eget
adiuuari et dirigi et quicquid il-
lud ſit hoc eſt qd apud homines
dicitur deus. ſicut autem in rebꝰ
naturalibus naturaliter inferio-
ra ſuperioribus ſubduntur ita eci
am naturalis racio dictat homini
ſm naturalem inclinacionē vt
ei qd ſupra hominem eſt ſubie-
ctionem et honorē exhibeat ſm
modum ſuum. Eſt autem mo-
dus conueniens homini vt ſen-
ſibilibꝰ ſignis vtatur ad aliqua
exprimenda quia ex ſenſibilibꝰ
cognicionem accipit. et ideo ex
naturali racione procedit ꝙ ho-
mo quibꝰdam ſenſibilibus re-
bus vtatur offerens eas deo in
ſignum debite ſubiectionis et ho
noris ſm multitudinem eorum
qui dominis ſuis aliqua offerūt
in recognicionem domini. hoc
autem pertinet ad racionem ſa-
crificij ꝛ ita oblacio ſacrificij per
tinet ad ius naturale et in hoc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnes conueniunt ſed determi-
nacio ſacrificiorum eſt ex inſtitu-
cione humana vel diuina ⁊ in hoc
non conueniunt omnes ſed diffe
runt. Secunda concluſio ſoli deo
eſt ſacrificium offerendum. Pa-
tet concluſio oblacio ſacrificij fit
ad aliquid ſignificandum. ſigni
ficat autem ſacrificium quod of-
fertur exterius interius ſpiritua
le ſacrificium quo anima ſeipſam
offert deo ſecundum illud pſalmiſte.
ſacrificium deo ſpiritus contribu
latus. quia exteriores actus reli-
gionis ad interiores ordinantur
anima autem ſe offert deo in ſa
crificium ſicut principio ſue crea-
cionis ⁊ ſicut fini ſue beatificacio
nis ſed ſecundum veram fidem ſolus de
us eſt creator animarum noſtra
rum ⁊ in ſolo eciam eo anime no
ſtre beatitudo conſiſtit ergo ſoli
deo ſummo debemus ſacrificium
ſpirituale offerre. ⁊ ita ſoli ei de-
bemus offerre exteriora ſacrificia
ſicut eciam orantes atque laudan
tes ad eum dirigimus ſignifican
tes voces cui res ipſas in corde
quas gerimus offerimus vt dicit
Auguſtinus. decimo de ciuitate
dei. Tercia concluſio omnes te-
nemur ad ſacrificia offerenda. pro
batur concluſio ſacrificium offer
re eſt de lege nature vt dicit pri-
ma concluſio ſed ad ea que ſunt
legis nature omnes tenemur er-
go omnes tenemur ad ſacrificium
deo offerendum. Pro qua conclu
ſione notandum quod duplex eſt ſa
crificium quorum primum ⁊ prin
cipale eſt interius ad quod om-
nes tenemur deo deuotam men
tem offerre. Aliud eſt ſacrificium
exterius quod in duo diuiditur nam
quoddam eſt quod ex hoc ſolum lau
dem habet quod deo aliquid exteri
us offeratur in proteſtacionem di
uine ſubiectionis ⁊ ad hoc aliter
tenentur illi qui ſunt in lege no-
ua vel veteri aliter qui non ſunt
ſub lege nam illi qui ſunt ſub lege
tenentur ad determinata ſacrifi
cia offerenda ſecundum legis pre
cepta. Illi vero qui non ſunt ſub
lege tenebantur ad aliqua exte
rius facienda in honorem diuinum
ſecundum decenciam ad eos inter
quos habitabant non ſicut deter
minate ad hoc vel illa. Aliud vero
eſt exterius ſacrificium quando actus
exteriores virtutum in diuinam
reuerenciam aſſumuntur puta cum
aliquis elemoſinam facit de rebus
proprijs propter deum vel cum
aliquis proprium corpus alicui
afflictioni ſubicit propter diuinam
reuerenciam ⁊ ſecundum hoc actus alia
rum virtutum ſacrificia dici poſſunt
quorum quidam cadunt ſub pre
cepto ad quos omnes tenentur
quidam vero ſunt ſuper erogacio
nis ad quas non omnes tenentur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Item nota ꝙ ſm qd eſt triplex
hominis bonum. ita poteſt diſti
gui triplex ſacrificium. Primum
quidem eſt bonum anime quod
deo offertur interiori quodaz ſa
crificio per deuocionem et oracio
nem et alios hmōi interiores a
ctus et hoc eſt principale ſacrifi
cium. Secundum eſt bonum cor
poris qd deo quodammodo of
fertur per martirium et abſtinē
ciam ſeu continenciam. Terciuz
bonum eſt exteriorum rerum de
quo ſacrificium offertur deo di
recte quidem quando immedia
te res noſtras deo offerimus. me
diate autem quando eas cōmu
nicamus proximis propter deū
¶ Ad racōnes in oppoſitum
ad primam reſpondetur ꝙ ad il
la determinata ſacrificia que in
lege erant precepta non omnes
tenebantur. tenebantur tamen
ad aliqua ſacrificia interiora ſiue
ſpūalia vel exteriora vt dictū eſt.
¶ Ad ſecundam reſpondetur
negando conſequenciam et racō
eſt. quia licet non omnes ſciāt
explicite virtutem ſacrificiorum
ſciunt tamen implicite ſicut eciā
habent fidem implicitam. Unde
magiſter alexander de alis ad q̄
ſtionem vtrum offerentes ſacri
ficia tenebant intelligere ſignifi
caciones eorum dicit ꝙ ſicut noſ
dicimus intelligere articulos fi
dei implicite et explicite et intel
ligere explicite articulos fidei te
nentur prelati ſicut dicitur. i. pe
tri. iij. parati omni poſcenti red
dere racionem de ea que in nobiſ
eſt fide et ſpe ¶ Implicite vero te
nentur ſimplices ſolum ita in ve
teri teſtamento pfecti vt doctoreſ
et ſacerdotes tenebantur intel
ligere ſignificaciones ſacrificiorū
hoc eſt vt intelligerent ipſa ſa
crificia eſſe ſigna futuri ſacrificij
redempcionis ¶ Simplices vero
ſolum tenebātur intelligere ꝙ
ſacrificia erant deo ea racōe qua
ſibi placuit offerenda. et hoc im
plicite ꝯtinebatur ꝙ erent ſigna
quia racione ſignificacionis futu
ri ſacrificij voluit ea deus ſibi of
ferri ¶ Ad terciam reſpōdetur
negando conſequenciam et racō
eſt. tum quia ſacerdotes eciam
offerunt ſacrificia que ſunt ſpeci
aliter ordiata ad cultum diuinū
non ſolum pro ſe ſed eciam pro
alijs tum quia quedam ſūt alia
ſacrificia de quibus quis poteſt
pro ſe deo offerre vt ex dictis pa
tet.

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur et videtur
ꝙ chriſtus non conueniē
ter reprehendit phariſeos inter
rogantes eum ſi licet cenſū dare
ceſari dicens eis. Cur me tem
ptatis ypocrite. Primo ſic. Illi
dicendo magiſter ſcimꝰ ꝙ verax
es et viam dei in veritate doces di
xerunt veritatē. ergo in hoc non
erāt ypocrite. quia ypocriſis ſiue

ſimulacō opponit̄ virtuti que di
citur veritas. ¶ Secūdo ſic. Hy
pocriſis eſt ſimulacio qua quis ſi-
mulat perſonam alterius ſicut cū
peccator ſimulat ꝑſonā iuſti ſed
iſti in hoc actu non ſimulauerūt
ꝑſonas aliquorum aliorū. ergo
videtur ꝙ nō erant ypocrite. er-
go inconuenienter ſic reprehenſi
ſūt. ¶ Tercio ſic. De eo qd̓ nō
eſt peccatū nō videtur publice re
darguendus ꝙ peccata venialia
omnibus videntur ee̅ cōmunia
ſed ypocriſis aut ſimulacō nō vi
detur ee̅ peccatū mortale ſemper
ſicut nec mendacium. ꝛc.
¶ In oppoſitum eſt euāngeliū
vbi xp̄us ita ad eos loquitur
¶ Reſpondeo dicendum ꝙ chri
ſtus cōuenienter ſic reprehendit
Pro quo notandum ꝙ vt dicit
nicolaus de lyrā ſup̱ hoc euange
lio. ꝙ tp̄e quo criſtus erat in iu
dea reddebatur cenſus ceſari ſi-
ue tributū ſurrexit quidam no-
mine iudas nacione galileꝰ qui
dicebat hoc ee̅ illicitū de iudeis ꝙ
ſcꝫ recognoſcerent aliquem dn̄m
in terris ſed ſolum deū qui in ce
lis eſt. et multos traxit ad ſe vt
habetur act. v. et Joſephus idē
refert ex libro antiquitatū et ex
tunc aliqui adherebāt huic opi-
nioni quia iſta opinio erat pro
libertate populi et pro honore ip
ſius dei videbatur. Ecōtrario au
tem alij aſſerebāt qd̓ erat licitū
dare tributū romanis quia ꝓde

fenſione terre militabant et ab
hoſtibus et latronibus defende-
bant et pacem inter homines cō
ſeruabāt et iuſticiam. Hanc au
tem queſtionem phariſei mali
ciose ꝓpoſuerūt chriſto vt ſi dice-
ret nō ee̅ licitū ſtatim caperet̄ tan
ꝙ̄ cōtrarius imꝑatori. ſi autē di-
ceret ee̅ licitū videret̄ ee̅ cōtrariꝰ
libertati populi et diuino honori ꝛ
ſic incurreret maliuolenciam po-
puli. et ideo chriſtus cognita ne
quicia eorū ait. quid me temp
tatis ypocrite. quaſi diceret. non
queritis veritatem addiſcere ſed
me verb̄ capere et propter hoc eos
vocat ypocritas quia aliud pete
bāt et aliud intendebāt.
¶ Ad racōnes in oppoſitum.
Ad primam reſpondetur negan
do conſequēciam. ꝛ racō ē. quia
chriſtus non reprehendebat eos
de verb̄ illis quia vera erant. ſed
quia per ea aliud pretendebant
ſcilicet eū in verb̄ capere ſicut di-
ctum eſt. ¶ Ad ſecundam reſpō
detur negando minorem ꝙ iſti
ſimulauerūt ꝑſonas volencium
addiſcere veritatem et cum tamē
ipſi eēnt ꝑſone non que quere-
rent veritatem ſed q̄ vellent decipe
re et verb̄ capere hominem.
¶ Ad terciam reſpondetur negā
do conſequenciam et racō eſt. ꝙ
licet nō omnis ſimulacio aut y-
pocriſis ſit peccatum mortale.
Iſta tamen erāt ſicut dicimꝰ de
mēdacio qd̓ eſt peccatū mortale

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quando eſt pernicioſum ſic ypo
criſis eſt peccatum mortale quã
do eſt pernicioſa cedens in nocu
mentum alterius perſone cuius
erat iſta phariſeorum ypocriſis
cum ſederet in nocumentum per
ſone xpi quia ad capiendum e-
um verbis ordinata erat.

In dominica viceſima
quarta eſt euangeliũ
loquente. Ihesu rc.
Mathei nono. Et qr
in euãgelio fit mencio de duob9
miraculis pt diſputari de vtroqꝫ
¶ Circa primum v
trum ſine tactu diuine gracie po
teſt anima reſuſcitari de morte
peccati
¶ Secundo vtrum tactus
ſine infuſiõe gracie precedat expul
ſionem peccati.
¶ Circa tercium vtrum.
conuenienter attribuatur fidei
operacio miraculorũ qȝ alteri vir
tuti

Ad primam ſic proceditur et videtur qꝫ ſine
tactu ac infuſione gra
tie poſſit anima reſuſcitari de mor
te peccati ¶. Primo ſic minus vi
detur eſſe reſuſcitare animam de
morte peccati ad vitam qȝ eſt cre
are de nouo animam ſed deus cre
at et dat vitam anime naturalẽ
ſine medio ergo pariter hic.
¶ Secundo ſic yſay. xliij. Dicit
dominus ego ſum qui ſum deleo
iniquitates et peccata propt me
ergo expulſio mortis peccati eſt
ante omnem infuſionem gracie
¶ Tercio ſic. Abacuc et iuſ
tus ex fide viuit ergo viuificare
conuenit fidei non ergo eſt effe-
ctus gratie proprius.
¶ In oppoſitũ arguitur ex
euangelio vbi dicitur pone ma-
num ſuper eam et viuet et ſequi
tur tenuit manũ eius et ſurrexit
puella. Reſpondeo dicendum qꝫ
ſine tactu ſiue infuſione diuine
gracie non reſuſcitatur anima a
morte peccati. Patet ſic iſta con
cluſio deus in creatura rationali
eſt principium vite ſpiritualis.
Pũ actu. decimoſeptimo. in quo
viuimus mouemur et ſum9 ſꝫ primũ
quo viuit anima rationalis per
deum eſt gracia ergo gracia viui
ficat ¶ Item culpa mortifi
catur anima ergo viuificatur a
contrario illi9 ſcilicet gracia ergo
et cetera. vbi notandum iuxta
Allexandrum de halis qꝫ gracia
eſt ſimilitudo prime veritatis et
ſimilitudo ſumme bonitatis ſe-
cundum qꝫ eſt ſimilitudo prime
veritatis comparatur ad animã
vt lux. ¶ Secundum ve-
ro qꝫ eſt ſimilitudo ſumme boni-
tatis cõparatur ad animã vt vi
ta et ita habetur in. Johe. iohis. i.
qꝫ verbum erat vita et lux homi
num lucens in tenebris et ideo

ideo gracia que eſt ſimilitudo eiꝰ
comparatur ad animam vt lux
et vita ¶ In quantum autem gra-
cia vt lux comparatur ad animã
primo remouet ab ea diſſimilitu
dinem lucis eterne quantũ ad
hoc eſt effectus eius purgare
Secundo diſponit eam ſimili di
ſpoſicõne vt poſſit ſimilis eſſe in
actu et tunc dicitur ipſum illumi
nare · Vltimo informat ipſam ⁊
tunc dicitur eam perficere ſcd̃m
autem ꝙ gracia eſt ſimilitudo ſũ
me bonitatis comparatur ad a-
nimam vt vita quia ſic compara
tur ad eam vt amor et ille amor
impreſſus vita eſt qua iam vi-
uit deo et ſm̃ hunc modum actꝰ
gracie eſt viuificare ¶ Ad racõ
nes in oppoſitum . ad primam re
ſpondetur negando conſequen-
ciam et racõ ẽ · tũ primo quia pre
ſupponi videtur in argumento
ꝙ gracia ſe habeat in viuificacõ
ne anime ſicut agens medium
et hoc non eſt verum ſed ſe habꝫ
vt cauſa formalis qua peccatum
expellitur ſicut ignis frigus au-
fert calorẽ in ſubiecto tanto non
ſicut inſtrumento ſed ſicut for-
ma contraria . tum ſecundo non
eſt verum qđ dicitur in minori ·
ꝙ in creacione eciã forma natu
ralis eſt qua res formata eẽ for
maliter accipit vel eciam ipſum
quo eſt quicquid ſit illud .
¶ Ad ſecundam reſpondetur
negando cõſequenciam et racõ ẽ
quia ſolus deus delet peccata ef
fectiue formaliter delet ipſa gra
cia . deus autem nullius eſt for-
ma perfectiua · ¶ Ad terciam re
ſpõdetur negando conſequenci-
am et racõ eſt , quia vita ſpiritu
alis ipſius anime eſt ipſius gra
cie effectus per ſe · ipſius autem
fidei et caritatis racione gracie in
quibus manifeſtatur vita qua-
ſi per ſenſum ſicut manifeſtatur
vita in corpore per ſenſum et mo
tum ſic vita gracie manifeſtatur
per motum fidei ſicut per ſenſum
⁊ per motum caritatis ſicut ꝑ mo
tum .

Ad ſecundam queſtionẽ
ſic proceditur et videtur
ꝙ remocio ſiue expulſio
culpe precedat tactum ſiue confu
ſionem gracie · Primo ſic . ex pre
ſenti euangelio vbi primo ꝙ cri
ſtus tactu ſue manus reſuſcita-
ret puellam expulit turbam tu
multuantem · Unde Gregorius
libro moralium dicit · foris autẽ
turba eicitur vt puella ſuſcitetᷣ
quia niſi prius a ſecrecioribꝰ cor
dis expellatur ſecularium multa
tudo curarum anima que intrin-
ſece latet mortua non reſurgit et
ita vt glo . hic innuit non intro-
ducitᷣ gracia niſi expulſa culpa
¶ Secũdo ſic · Remiſſio culpe et i
fuſio grẽ ſe habet ſic illuminacõ

et purgacio ſz purgacio precedit
il'um nacionem ſecundum dyo-
ſium, ergo et remiſſio ſiue expul
ſio culpe precedit gracie infuſio-
nem ¶ Tercio ſic in quoli
bet motu receſſus a termino a q̄
p̄cedit acceſſum ad terminū ad
quez vel tēpore ſi eſt motus ſuc
ceſſiuus vel natura ſi ſit mutacio
ſubita ſed iuſtificacionis ſiue vi
uificacionis terminus a quo eſt
culpa terminus ad quē ē gracia
qua viuificatur anima. ergo ex
pulſio culpe precedit infuſionem
gracie. ¶ In oppoſitum arguitur
cauſa naturaliter precedit effe-
ctum ſed infuſio gracie eſt cau-
ſa expulſionis culpe quia infun
dendo graciam deus peccata di-
mittit infundendo vitam fugat
mortem ergo infuſio gracie pre-
cedit. ¶ Reſpondeo dicendū
ſecundum a'ium et alium reſpec
tū infuſio gracie p̄cedit ⁊ ſeq̄tur
¶ Pro quo notandum ſecun
dum ſanctum tho. ꝙ omnis prio
ritas ſecundum ordinem nature
aliquo modo reducitur ad ordinē
cauſe et cauſati quia principium
et cauſa idem ſunt. ¶ In cauſis
autem contingit ꝙ idem eſt cau-
ſa et cauſatum ſecundum diuer-
ſum genus cauſe vt patet .ij.
phi. et quinto metha.rorum ſicut
ambulacio eſt cauſa efficiens ſa
nacionis et ſanacio eſt cauſa fi-
nalis ambulacionis et ita ſimili
ter de habitudine que eſt inter

materiam et formam quia ſecun
dum genus cauſe materialis ma
teria eſt cauſa forme quaſi ſuſtē
tans ipſam et forma ē cauſa ma
terie quaſi faciens eſſe actu ſecū
dum genus cauſe formalis. ex
parte autem cauſe materialis
quando ſe tenet ſecundū quan
dam reductionem omne illud ꝑ
quod materia efficitur propria
hm̄oi forme ſicut diſpoſiciones ⁊
remociones impedimentorum ⁊
ideo in generacione naturali quā
do corrupcio vnius eſt generacio
alterius per hoc ꝙ forma vna in
troducitur ⁊ alia expellitur remo
tio forme preexiſtentis ſe tenet
ex parte cauſe materialis et ideo
ſecundum ordinem cauſe mater
ialis precedit naturaliter ītrodu
ctionem alterius forme ſed ſecū
dum ordinem cauſe formalis e
conuerſo ꝙ forma finis et agēs
coincidunt in idē numero vel ſpe
cie ideo eciam in ordine cauſe ef
ficientis introductio forme prior
eſt quia forma introducta eſt ſi
militudo forme agentis per quā
agens agit et ſimiliter in ordine
cauſe finalis quia natura princi
paliter intendit introductionez
forme et ad hanc ordinat expul
ſionem omnis cū quo nō pōt ſta
re forme ītroductio ¶ Sī cum gracie
īfuſio ⁊ r̄miſſio culpe ſe hn̄t ſicut
introductio vni⁹ forme ⁊ expul-
ſio alteri⁹ cōſtat ꝙ ſecūd ordinē
cauſe materialis remiſſio culpe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

precedit infuſionem gracie · ſcd
bm ordinem cauſe formalis effi-
cienas finalis infuſio gracie na-
tura prior eſt ſed extirpacio vico
rum dicitur operari ad virtutum
ingreſſum per modum cauſe ma
terialis · ¶ Ad racones in op-
poſitum . patet reſponſio ex di-
ctis

Ad terciam queſtionem
ſic proceditur et videtur
ꝙ nō attribuatur conue-
nienter fidei operacio miraculoꝝ
Primo ſic · ¶ Gracie enim gratis
date a virtutibus differunt eo ꝙ
virtutes ſanctis omnibus ſunt
communes · grē gracias date di-
uerſis diſtribuuntur · ſcdm illud
· i · corinth · xij · Diuiſiones in eo
dem capitulo dicitur alijs datur
operacio virtutum ꝛc̄ . ergo face-
re miracula non eſt attribuendū
fidei ſi dicatur ꝙ attribuitur fidei
ſicut merenti . gracie autem gra-
tis date tamq̃ exequentis · con-
tra eſt quod dicit gloſa ſuper il-
lud Math . ſeptimo . Nomine in
nomine tuo prophetamus ꝛc̄ · ꝙ
prophetare virtutes facere demo
nes eicere interdum non eſt me-
riti illius qui operatur · ſed inuo
cacio nominis chriſti . ergo nec
ſic eſt fidei attribuendum ·
¶ Secundo ſic : Caritas eſt prin
cipium et radix merendi quia fi-
des informis mereri non poteſt
ſi ergo fidei propter meritum at
tribuitur operacio miraculorum
magis eſt attribuenda caritati .
¶ Tercio ſic poſita cauſa ponitur
effectus · ſi ergo fides eſt cauſa
faciendi miracula omnes qui fi-
dem habent miracula facerent ·
qd̄ patet eē falſum · ergo nō eſt
fidei miracula facere .
¶ In oppoſitum eſt euāngelium
vbi dicitur · Fides tua te ſaluum
fecit · ¶ Reſpondeo dicendum
iuxta ſanctum Thomam in libro
de potencia dei . ꝙ conuenienter
virtuti fidei attribuitur operacō
miraculorum . ¶ Patet concluſio
ex illo Math · vltimo . ſigna au
tem eos qui crediderunt hec ſe-
quuntur . ꝛc̄ · Item Math · xvij
dicit dominus · ſi habueritis fidē
ſicut granum ſinapis dicetis mō
ti huic tranſi hinc tranſibit · Pro
cuius concluſionis declaracione
notandum ꝙ ſancti miracula fe-
cerunt dupliciter ſcdm Gregori-
um in ſecundo dyalogorum ſcili
cet oracione impetrando vt mi-
racula diuinitus fiant et per po-
teſtatem · vtroq̃ autem modo · fi
des ydoneum reddit hominē mi-
racula facienda · ipſa enim mere
tur propter vt oracio exaudiatur
de miraculis faciendis quod de
hac racione videri poteſt · ſicut
enim in rebus naturalibus vi-
demus ꝙ a cauſa vniuerſali om
nes particulares cauſe ſumunt
efficaciam agendi tamen effcūs

particularis ⁊ ꝓprius attribui
tur cauſe particulari ſicut patet
de virtutibus actiuis inferiorum
corporum reſpectu virtutis cele-
ſtis corporis ⁊ de orbibus inferi
oribus qui ⁊ ſi ſequantur motuȝ
primi orbis habent tamen ſingu
li proprios motus ita eſt ⁊ de vir
tutibus quibus meremur nam ō
nes habent efficaciā merendi a ca
ritate que nos vnit deo a quo me
remur ⁊ volūtate perficit ꝑ quā
meremur ſingule tamen virtu-
tes merentur ſingularia quedaȝ
p̄mia eis proporcionabilit̄ reſpō
dencia ſicut humilitas meretur
exaltacionē ⁊ paupertas regnū
vn̄ quādo ꝙ caritate ceſſante ꝑ a
ctum aliarum virtutum eciam ſi
aliquis nihil mereat̄ ex cōdigno
ex quadam tamen diuina libera
litate aliqua congrua beneficia re
tribuit pro huiuſmodi actib9 ſal
tem in hoc mundo · Vnde dicitur
ꝙ per ea que ſunt ex genere bo
na extra caritatem facta merent̄
aliqui ex congruo interdum bo
norum temporalium multiplicaci
onem per hūc autem modum fi-
des meretur miraculorum opera-
cionem licet radix merendi ſit ex
caritate cuius racō poteſt aſſigna
ri triplex· ¶ Primo quidem ꝙ
miracula ſunt quedam argumē
ta fidei dum per ea que naturam
excedunt illorum veritas compro-
batur que naturalem tranſcendunt
racionem ¶ Vnde Marci vltimo
dicitur illi profecti predicauerūt
vbiqȝ domino cooperante et ſer-
monem confirmante ſequentib9
ſignis ¶ Secunda ratio eſt
quia fides potiſſime diuine potē
cie innititur quam accipit vt ra-
tionem vel medium ad aſſenden
dum hijs que ſupra naturam eſ-
ſe videntur et ideo diuina potē
cia in operacione miraculorum p̄
cipue fidei conſiſtit ¶ Tercia
a ratio eſt quia miracula preter
naturales cauſas ſūt fides autē
eſt que non ex racionibus natura
libus et ſenſibilibus argumentū
aſſumit ſed ex rebus diuinis·
Vnde ſicut paupertas reruȝ tem
poralium meretur diuinas ſpiritu
ales et hūilitas meret̄ celeſtē dig
nitatē ita fides quaſi contempnendo e
a que naturaliter fiunt quodā-
modo miraculorum operacioneȝ
meretur que preter naturaleȝ vir
tutem fit
¶ Ad raciones in oppoſituȝ
ad primam reſpōdetur negando
conſequenciam et racio eſt quia
facere miracula attribuitur gra-
cie gratis date ſicut principio pro-
ximo fidei aut ſicut diſponenti ad
huiuſmodi graciam conſequen-
dam ¶ Ad ſecundam reſpō-
detur negando conſequenciam ⁊
racio eſt ꝙ licet caritas ſit maior

huiuſmodi graciā conſequendā
¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequenciā et racio ē quia licet caritas ſit maior virtꝰ fide largitur tamen fidei efficaciam merēdi· fides tamen magis congruit ad particulariter merendum miraculorum operacionem vt patet ex ſupradictis·

¶ Ad terciam dicendum negando conſequenciam· et racō ē quia fides non eſt ſufficiens cauſa ad miracula facienda ſed diſpoſicio quedam· Fiunt autem miracula ſcd̄m ordinem diuine prouidencie que hominibus congrua remedia ꝑ varijs cauſis diuerſimode diſpenſat·



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf